UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2258.

G. V
14.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# AGENDA,
## SEV
# RITVALE
## OSNABRVGENSE,

Ad uſum Romanum accommodatum

AVTORITATE ET IVSSV

Collegii Societatis Jesu Paderbornae

Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi

PRINCIPIS AC DOMINI,

## D. FRANCISCI GVILIELMI,

EPISCOPI OSNABRVGENSIS

Christophoro Trappio servio Beneficiato Ecclesiae Cathedr. Padeb.




COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud CORNELIVM ab EGMOND.
M D C LIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Nos FRANCISCVS GVILIELMVS,

Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia

EPISCOPVS OSNABRVGENSIS, RATISBONENSIS, MINDENSIS, ET VERDENSIS;

Metropolitanæ & Cathedralium atque inſignium Eccleſiarum, Colonienſis, Friſingenſis, Bonnenſis & Oettingenſis, reſpective, Archidiaconus, Præpoſitus & Canonicus Capitularis; Comes de Wartenberg & Schaumburgk; Dominus in Waldt & Hachenburgk;

Vniverſo Noſtræ Civitatis Oſnabrugenſis & Diœceſis Clero ſalutem in Domino ſempiternam.

*POſtquam, divinæ miſerationis providentia, & conſonis poſtulantium votis ac ſcrutiniis, & Apoſtolicæ Sedis gratia ſingulari, Epiſco-*

*palis dignitatis onus, atque Oſnabrugenſis Eccleſiæ Regimen, naviculæque hujus ſancti Petri, patroni noſtri, gubernacula, imparibus licet & reluctantibus humeris Noſtris, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, impoſita eſſent; peræque curæ Nobis nihil fuit, quam ut juxta ſanctæ Romanæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Orthodoxæ Eccleſiæ, omnium Eccleſiarum matris & magiſtræ, inſtituta, & Oecumenicorum Conciliorum, maxime vero ſancti Concilii Tridentini, Sanctiones & Decreta; tum, præcipuarum etiam Eccleſiarum, imprimis autem hujus Noſtræ Oſnabrugenſis, laudabiles conſuetudines, quam poſſemus optime ſecundum Eccleſiaſticam veram Hierarchiam unitatemque, in omnibus, Nobis commiſſam regeremus*

*Ec-*

*Eccleſiam, in qua Nos Spiritus ſanctus conſtituerat Epiſcopum. Gregem itaque, curæ Noſtræ creditum, paſcere volentes; cum primum per belli variantis fortunas licuit regiminis Noſtri auſpicari initia, animum ſtatim & ſollicitudinem advertimus ad ea, quæ divinæ gloriæ augmentum, legitimam Sacramentorum adminiſtrationem, Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtaurationem, Cleri populique reformationem, ſubditorum denique Noſtrorũ omnium converſionem & ſalutem, ſpectare, eandemque promovere poſſe videbantur. Eumque in finem Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octavo, poſt ſolemnem in urbem Noſtram ingreſſum, Synodum generalem Diœceſanam indiximus, atque in Cathedrali Noſtra & principe totius Saxoniæ ac Proto-*

*Eccleſia legitime congregavimus; in quâ non Oſnabrugenſis tantum Principatûs, ſed aliorum etiam in Monaſterienſi vicinorumque Comitatuum & Dicaſteriorum territoriis, temporali & ſæculari juriſdictioni ſubjecti Clerici, utpote Noſtræ ordinariæ juriſdictioni ſubditi, frequentes & debitâ ſubmiſſione comparuerunt.*

*Volentes igitur Eccleſiæ & Catholicæ religionis unitatem, non fidei tantum ſed Cærimoniarum etiam & rituum ſacrorum conformitate, magis eluceſcere; inter alia diœceſana Statuta ſaluberrime decrevimus, ad aliarum Cathedralium Eccleſiarum exemplum, Rituale Romanum, uſibus ſæpeſatæ noſtræ Oſnabrugenſis Eccleſiæ accommodatum, typis vulgare.*

*Verum enimverò, cum & publicis*

*Im-*

*Imperii Comitiis, & ſupervenientis belli novis adverſitatibus, diuturnoque altero exilio, tam neceſſariam atque utilem Conſtitutionem effectui dare prohiberemur; huic labori hactenus ſuperſedere debuimus. Donec tandem pace firmatâ, & ſub finem Anni ſæcularis, milleſimi ſexcenteſimi & quinquageſimi, Eccleſiæ noſtræ Oſnabrugenſi poſtliminio reſtitutâ; ex officio noſtro Epiſcopali, æſtate hac, Diœceſin noſtram perſonaliter viſitantes, inter alia, quibus emendationis remedia adhibenda videbantur, non ultimum advertimus: Multis in locis, Paſtoralia, Agendas, ſeu Ritualia (ut vocant,) aut vetuſtate conſumpta & detrita, vel magnam partem mutila & mendoſa; aut in ſingulis prope Eccleſiis diverſa; aut denique, quod caput*

*eſt,*

eſt, exemplaria pleraque deſtructa aut belli injuriis diſſipata, ut nova coëmi & in veterum locum ſubſtitui minime poſſint.

Nos igitur, qui Eccleſiæ miniſtros, qui ferunt vaſa Domini ſacroſancta, videlicet Sacramenta, per quæ divinarum gratiarũ & chariſmatum fontes ad nos, veluti per canales, derivantur, non ſolum ſanctos atque à conſcientiæ labe immunes, ſed in Sacramentorum etiam adminiſtratione ea pietatis ſigna & devotionis indicia & non vana argumenta præ ſe ferre cupimus, per quæ fidelium mentes ad rerum, quæ intrinſecus latent, ſanctitatem contemplandam excitentur, atque in fidei, quam profitemur, unitate roborentur, omnibus & ſingulis Oſnabrugenſis hujus Civitatis & Diœceſis Noſtræ

Cle-

*Clericis & Religioſis, præſertim curam animarum quomodolibet habentibus, Rituale hoc, omni qua fieri potuit diligentia elaboratum, à Theologis Noſtris, ad id deputatis, diligenter examinatum, ad normam Ritualis Romani accommodatum, & antiquo nitori uſuique debito reſtitutum, ſepoſitis aliis omnibus, tantùm uſurpandum exhibemus, &, ut deinceps, in Sacramentorum adminiſtrationibus, quæque eaſdem præcedunt vel comitantur, exhortationibus, Concionibus, Catechiſmis, Sepulturis, aliiſque Divinis peragendis, omnia ſecundum ordinem & præſcriptum ejus ſanctiſſime obſervent, paterne cohortamur, & ſub cenſuris, & pœnis Nobis arbitrariis, pro Paſtoralis officii Noſtri autoritate ſerio præcipimus & mandamus. Ex*

*Civitate noſtra & Reſidentia Epiſcopali Oſnabrugenſi, vigeſimo ſexto Octobris die, Anniverſario Electionis noſtræ Epiſcopalis, poſtridie ſcilicet feſti Sanctorum Criſpini & Criſpiniani, Patronorum Civitatis & totius Diœceſis Noſtræ poſt Beatam Virginem & ſanctum Petrum Apoſtolum primariorum, (quorum ſacra corpora, à Carolo Magno Fundatore ante octingentos ſeptuaginta & novem annos donata, in hac noſtra Cathedrali Eccleſia requieſcunt,) anno à Nativitate Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo primo, Epiſcopatuum noſtrorum, Oſnabrugenſis vigeſimo ſeptimo, Ratisbonenſis tertio, Mindenſis & Verdenſis vigeſimo tertio.*

FRANCISCVS GVILIELMVS,
Epiſcopus Oſnabrugenſis.

Locus ✠ Sigilli.

FESTA

# FESTA DIOECESANA
## IMMOBILIA.

IN IANVARIO.
Die j. Circumciſio Domini.
vj. Epiphania Domini.
xxv. Converſio S. Pauli, ante meridiem.

IN FEBRVARIO.
Die ij. Purificatio B. M. V.
xxiiij vel, anno biſſextili, xxv, S. Mathiæ Apoſtoli.

IN MARTIO.
Die xxv. Feſtum Annunciationis B. Mariæ Virg.
Nota. Si hoc Feſtum venerit poſt Dominicam Palmarum, anticipatur, tam in Choro quam in foro, in Sabbatum, præcedens dictam Dominicam Palmarum.

IN APRILI.
Die xxv. Marci Euangeliſtæ; Feſtum uſque ad meridiem, & Proceſſio ſolemnis in ſingulis locis.

IN MAIO.
Die j. Philippi & Iacobi Apoſtolorum.

IN IVNIO.
Die xxiiij. Nativitas S. Ioannis Baptiſtæ.
xxix. SS. Petri & Pauli, principum Apoſtol.

IN IVLIO.
Die ij. Viſitatio Beatæ Virginis Mariæ.
xxij. S. Mariæ Magdalenæ.
xxv. S. Iacobi Apoſtoli.

IN AVGVSTO.
Die x. S. Laurentii Martyris.
xv. Aſſumptio B. M. V.
xvj. S. Annæ, matris B. M. V.
xxiiij. S. Bartholomæi Apoſtoli.

IN SEPTEMBRI.
Die viij. Nativitas B. M. Virginis.
xxj. Matthæi Apoſtoli.
xxix. Dedicatio S. Michaëlis Archangeli.

IN OCTOBRI.
Dominica proxima poſt Feſtum S. Michaëlis Archangeli, celebratur Feſtum Angeli Cuſtodis; ſed, ſi incidat in primam Octobris, transfertur in Dominicam proxime ſequentem, propter Dedicationem Cathedralis Eccleſiæ Oſnabrugenſis.
Die xxviij. SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum.

IN NOVEMBRI.
Die j. Omnium Sanctorum.
ij. Commemoratio omnium fidelium Defunctorum, uſque ad meridiem.
xj. S. Martini Epiſc & Confeſſ.
Dominica, proximiori Feſto Præſentationis, celebratur Feſtum Præſentationis B. Mariæ Virginis.
xxv. S. Catharinæ Virg. & Mart.
xxx. S. Andreæ Apoſtoli.

IN DECEMBRI.
Die viij. Conceptio Beatiſſimæ Virg. Mariæ.
xxj. S. Thomæ Apoſtoli.
xxv. Nativitas Chriſti.
xxvj. S. Stephani Protomartyris.
xxvij. S. Ioannis Apoſtoli.

## FESTA MOBILIA.

Dies Cinerum; ante meridiem.
Feriâ iij poſt Dominicam Oculi, ſemper celebratur, Oſnabrugi, totius Diœceſis Synodus verna. unde Dominica præcedente populus ad ſpecialem devotionem, pro felici ſucceſſu, admoneatur.
Cœna Domini; ante meridiem.
DOMINICA PASCHÆ.
Feria ij Paſchæ.
Feria iij Paſchæ.
A Dominica quinta poſt Paſcha, Feria ij, iij, & iiij, Rogationum; ante meridiem; & fiunt his tribus diebus Proceſſiones ſolemnes in omnibus locis.
Aſcenſio Domini.
Dominica Pentecoſtes.
Feria ij & iij Pentecoſtes.
Dominica SS. Trinitatis; & poſt hanc Feria v, immediate ſequente, Feſtum Corporis Chriſti; in quo fiunt ſolemniſſimæ Proceſſiones ſuis locis, modo in hac Agendâ præſcripto.
Feria iij poſt feſtum S Remigii, celebratur Oſnabrugi Synodus altera, ſeu autumnalis. quapropter, Dominica præcedente, deſuper admoneatur populus ad devotionem.
Dominica prima Adventus.

## IEIVNIA ET ABSTINENTIÆ PER ANNVM.

Die xxiij vel, anno biſſextili, xxiiij Febr. Vigilia S. Mathiæ.
A die Cinerum uſque ad Sabbatum ſanctum incluſive, quotidie; exceptis diebus Dominicis, quibus tantum ſervatur Abſtinentia.
Quatuor Tempora ſervantur poſt Dominicam

Invocavit; ſcilicet Feria iiij, vj, & Sabbato.

Notandum, quod in hac Diœceſi Majores noſtri piam habuerint conſuetudinem ac devotionem, ut, feria ſexta in Paraſceue, in honorem Paſſionis Domini, vel ab omni cibo, pane & aquâ ſolum contenti, abſtinerent, vel nihil eorum, quæ animâ ſenſitivâ vixiſſent, comederent; quæ devotio ſicuti adhuc apud multos pie viget, ita meritò ad exemplum aliorum deprædicari poteſt.

xxv Aprilis, S. Marci Euangeliſtæ. Abſtinentia.

A Dominica quinta poſt Paſcha, Feriâ ij, iij & iv, ſunt dies Rogationum, & eſt Abſtinentia.

Poſt Dominicam Pentecoſtes, Feria iv, vj, & Sabbato, ſervantur Quatuor tempora cum Iejunio.

xxiij Iunii, Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ.

xxviij Iunii, Vigilia SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

xxiiij Iulii, Vigilia S. Iacobi Apoſtoli.

ix Auguſti, Vigilia S. Laurentii.

xiiij Auguſti, Vigilia Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

xxiij Auguſti, Vigilia S. Bartholomæi.

Feria iv, vj, & Sabbato poſt Exaltationis S. Crucis, ſervantur Quatuor tempora cum Iejunio.

xx Septemb. Vigilia S. Matthæi Apoſtoli.

xxvij Octobris, Vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

xxxj Octobr. Vigilia omnium Sanctorum.

xxix Novembris, Vigilia S. Andreæ Apoſtoli.

vij Decembris, pridie Conceptionis B. M. Virg. Abſtinentia.

Poſt Dominicam tertiam Adventus, ſervantur, Feriâ iv, vj, & Sabbato, Quatuor tempora cum Iejunio.

xx Decembris, Vigilia S. Thomæ Apoſtoli.

xxiiij Decembris, Vigilia Nativitatis Domini.

Notandum, quod, ſi unum vel plura ex his Feſtis per annum incidant in diem Lunæ, ſemper Vigilia cum jejuniis ſervanda ſint Sabbato præcedente. Similiter, ſi Feſtum S. Mathiæ incidat in Feriam ſecundam vel tertiam Quinquageſimæ, vel in diem Cinerum, Sabbato præcedenti ſervatur jejunium, Officium vero Vigiliæ in Choro celebratur pridie, vel Feria ſecunda vel tertia, pro diverſitate temporis.

Singulis diebus feriæ vj & Sabbati per annum, ſervatur Abſtinentia, præterquam ſi Feſtum Nativitatis Domini in unam earum inciderit.

## *Proceſſiones per annum celebrandæ.*

ij Februarii, in feſto Purificationis, poſt candelarum benedictionem, cum iiſdem fit Proceſſio per Eccleſias vel cœmeterium, ſi aura faveat.

In Dominica Palmarum, poſt benedictionem palmarum, fit Proceſſio, ut in feſto Purificationis, cum ramis.

Feria quinta Cœnæ Domini fit Proceſſio cum Venerabili per Eccleſias ad aliquam Capellam, ubi illud deponitur.

Feria ſexta in Paraſceue fit Proceſſio cum Venerabili ad Sepulchrum, ubi ad erigendum illud commoditas loci & ſumptus fuerint.

Similiter Sabbato ſancto de nocte, quando celebratur memoria Reſurrectionis Domini.

In feſto Paſchatis fit Proceſſio ſolemniſſima per Eccleſias vel cœmeteria, prout tempus fert.

Similis etiam Proceſſio habetur ſingulis diebus Dominicis à Paſchate uſque ad SS. Trinitatis incluſivè.

xxv Aprilis, in feſto S. Marci, fiunt Litaniæ majores, vel per templa, vel per cœmeteria, vel ad alia loca & Eccleſias vicinas, prout tempus & conſuetudo ferunt.

Similiter eædem Litaniæ fiunt & cantantur tribus diebus Rogationum poſt Dominicam quintam à Paſchate, præcedentibus feſtum Aſcenſionis Domini.

In feſto Aſcenſionis Domini fit Proceſſio per cœmeterium vel Eccleſiam.

Similiter in feſto Pentecoſtes.

In feſto SS. Corporis Chriſti fit ſolemniſſima Proceſſio cum Venerabili Sacramento per majorem circuitum Parochiarum.

Quamvis hactenus obſervatum fuerit, ut tribus Feriis ſextis poſt Octavam Corporis Chriſti habeantur Proceſſiones; tamen, ob defectum perſonarum, & ut laboribus eo commodius populus vacare poſſit, ejus loco, tribus Dominicis poſt Octavam Corporis Chriſti, in ſingulis locis Parochialibus fieri debent Proceſſiones pro terræ frugibus, & decantari circum agros quatuor Euangeliorum initia, modo pag. 495 notato.

In Feſto Aſſumptionis B. M. V. fit Proceſſio per templum, vel per cœmeterium, prout aura fert.

In his Feſtis fiant Proceſſiones, & cantentur deſignata tum in Miſſali tum in Agenda. Modus, locus, & circuitus, has Proceſſiones inſtituendi, relinquitur cujuſque loci conſuetudini & devotioni.

Caveant tamen Prælati & Paſtores, qui harum directiones habent, ut nulli in iis fiant abuſus, ſcandala, &c. & omnia devote cum exemplo aliorum peragantur: maxime autem caveri debet, ne Proceſſiones ſint nimis longæ, & ad loca valde diſſita, ſed omnes ordinate & moderate inſtituantur.

Aliæ Proceſſiones, cuique loco propriæ, uti

non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non prohibentur, ita, quæ per annum, forſan occaſione neceſſitatum publicarum, vel Indulgentiarum, inſtituendæ, autoritate Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Ordinarii publicantur, omnino celebrandæ erunt juxta ejuſdem mandatum.

## *Quænam obſervanda, tum circa hactenus dicta, tum circa inſtituendam collationem Sacramenti Confirmationis & Sacrorum Ordinum.*

Prædicta Feſta, immobilia & mobilia, Synodos, Iejunia, Abſtinentias, ac Proceſſiones, Prædicatores ac Parochi in ſingulis Eccleſiis tempeſtive ſemper promulgabunt; populumque, ſibi ſubjectum, ad ea ſingula ſervanda, & devotioni incumbendum, debite inſtruent & exhortabuntur.

Similiter, cum Sacramentum Confirmationis certis diebus per annum, vel per Illuſtriſſimum Epiſcopum & Principem, vel per ejuſdem Reverendiſſimum Suffraganeum, in Cathedrali Eccleſia conferri ſoleat; prædicti Paſtores, Concionatores, & ipſi Confeſſarii, præſertim ii qui intra vel prope Civitatem ad tria milliaria habitant, populum bene de eo inſtruant, non ſolum quoad ejus effectum, ſed etiam quoad modum devotè ac piè hoc Sacramentum ſuſcipiendi: prout latiùs ſuo loco in hac Agenda continetur. Sunt autem dies prædicti:

Feria iij Paſchæ.
Feria iij Pentecoſtes.
& Feſtum S. Michaëlis Archangeli.

Idem Sacramentum Confirmationis extraordinariè, tam per Illuſtriſſimum, quam per Suffraganeum, in viſitationibus & aliis itinerationibus, præſertim in locis diſſitis, pro commoditate, ſæpius conferetur; & tam Paſtores, quam populus, tempeſtive deſuper monebuntur.

Denique collationes ſacrorum Ordinum in Cathedrali, per Illuſtriſſimum vel ejus Suffraganeum faciendas, ſimiliter Paſtores & Concionatores ſemper, ut minimum integro octiduo prius, promulgabunt, quò ea, quæ in Statutis Synodalibus, & in Agendâ, pro Ordinandis decreta ſunt, debitè præſtari poſſint. Sunt autem dies ſequentes:

Sabbatum poſt Dominicam Invocavit.
Sabbatum poſt Dominicam Lætare.
Sabbatum ſanctum.
Sabbatum poſt Dominicam Pentecoſtes.
Sabbatum poſt Exaltationis ſanctæ Crucis.
Et Sabbatum poſt Dominicam iij Adventus.

## *Quando per annum, vel in Ciborio, vel in Monſtrantiâ, Venerabile Sacramentum exponendum.*

Cum magnus abuſus irrepſerit, ut, ſi non in omnibus, ſaltem in pleriſque locis, Venerabile Sacramentum nimis ſæpe in Monſtrantia populo proponatur in Altari, ex hac autem frequentia, devotio & reverentia magis minuatur; hinc omnes & ſinguli cujuſque vel Eccleſiæ vel Capellæ Rectores ſeriò monentur, ne, extra Feſta infraſcripta, venerabile Sacramentum populo in Altari proponatur; ſcilicet,

In Feſto Corporis Chriſti; &, in locis ubi eſt frequentia Cleri, per Octavam ejuſdem Feſti.

In Feſto Dedicationis, & Patroni titularis, cujuſque Eccleſiæ: diebus item quibus habentur publicæ preces Quadraginta vel decem horarum, vel quando in aliqua Eccleſia Iubilæum vel Indulgentiæ plenariæ conceduntur. Item Feria ſexta Paraſceues, & Sabbato ſancto, illud in ſepulchro Domini, in Monſtrantia, exponi poterit; vel denique quando ſpecialiter mandabitur nomine Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Ordinarii. Vbi etiam Religioſi cujuſque Monaſterii monentur, ut ſe regulis hiſce & Decretis Congregationis Cardinalium accommodent, & illam expoſitionem nimis frequentem & quaſi continuam Venerabilis Sacramenti moderentur.

In Pyxide verò ſeu Ciborio exponi poteſt, quandocunque eſt Communio, diebus feſtis, aliquibus porrigenda; præſertim verò in feſto Annunciationis Beatiſſimæ Mariæ Virginis, quando celebratur Sabbato ante Dominicam Palmarum, item in feſto Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes & Nativitatis Domini.

# INDEX ET ORDO

## Rerum, quæ Rituali hoc libro continentur.


*De iis, quæ in Sacramentorum adminiſtratione generaliter ſervanda ſunt.* Pag. 1
*De Sacramento Baptiſmi rite adminiſtrando.* 6
*Ordo Baptiſmi parvulorum.* 14
*De Baptiſmo adultorum.* 29
*Ordo Baptiſmi adultorum.* 31
*Ordo ſupplendi omiſſa ſuper baptizatum.* 56
*Ritus, ſervandus, cum Epiſcopus baptizat.* 63
*Benedictio Fontis Baptiſmi extra Sabbatum ſanctum Paſchæ, & Pentecoſtes, cum aqua conſecrata non habetur.* 64
*De Sacramento Confirmationis, quod à Parochis populo proponendum & explicandum.* 69
*Officium Parochi circa Sacramentum hoc, paulo ante vel in ipſo adminiſtrationis actu.* 72
*Modus, quo faſcia deponitur, & frons Confirmati abluitur.* 74
*De Sacramento Pœnitentiæ.* 76
*Bulla Cœnæ Domini.* 80
*Caſus, ſummo Pontifici reſervati.* 97
*Caſus, Epiſcopis reſervati.* 99
*Caſus ſpeciales, in hac Diœceſi reſervati, ſi ſint publici.* 101
*Modus abſolvendi, tempore Iubilæi, quando datur facultas abſolvendi à cenſuris.* 103
*De Abſolutione ab Excommunicatione in foro exteriori.* 104
*Modus abſolvendi ab Excommunicatione in foro interno.* 106
*Ritus abſolvendi excommunicatum, jam mortuum.* 107
*De modo abſolvendi à Suſpenſione, vel ab Interdicto, extra vel intra ſacramentalem Confeſſionem.* 108
*De ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.* 110
*Ordo miniſtrandi ſacram Communionem.* 113
*De Communione Paſchali.* 117
*De Communione infirmorum.* 118
*De Sacramento extremæ Vnctionis.* 136
*Ordo miniſtrandi Sacramentum extremæ Vnctionis.* 139
*Septem Pſalmi pœnitentiales.* 146
*Litaniæ.* 156
*De viſitatione & cura infirmorum.* 172
*Modus juvandi morientes.* 190
*Ordo Commendationis animæ.* 193
*De Exequiis.* 223
*Quibus non liceat dare eccleſiaſticam ſepulturam.* 225
*Exequiarum ordo.* 226
*Ritus, ſervandus, quando funus, præviis Vigiliis & ſolemni defunctorum Sacrificio, ſepeliendum.* 233
*Officium Defunctorum.* 239
*De Officio, faciendo in Exequiis, abſente corpore defuncti; & in die tertio, ſeptimo, trigeſimo, & anniverſario.* 297
*De Exequiis parvulorum.* 299
*Ordo ſepeliendi parvulos.* ibid.
*De Sacramento Ordinis.* 305
*De Sponſalibus.* 307
*Impedimenta, Matrimonium dirimentia.* 312
*Arbor conſanguinitatis.* 314
*Impedimenta, Matrimonium impedientia.* 315
*De Sacramento Matrimonii.* 317
*Ritus celebrandi Sacramentum Matrimonii.* 320
*Nuptiarum benedictio.* 325
*De ſecundis nuptiis.* 329
*Benedictio impeditorum conjugum.* 331
*Benedictio mulieris prægnantis, ubi aut*


*matris*

*matris aut infantis vita periclitatur.* 334
*De Benedictione purificandæ mulieris poſt partum.* 337
*De Benedictionibus regulæ generales.* 342
*Ordo faciendi Aquam benedictam.* Ibid.
*Benedictio Candelarum extra diem Purificationis B. M. V.* 346
*Benedictio annuli Sponſalitii.* 347
*Benedictio vini, &c. in ſolemnitatibus Nuptiarum.* 348
*Benedictio Cereviſiæ, mulſi, aut potus.* 350
*Benedictio novi putei.* Ibid.
*Benedictio Tabernaculi.* 351
*Benedictio Vmbellæ Altaris.* 352
*Benedictio Capſæ Reliquiarum.* Ibid.
*Benedictio Baptiſterii.* 353
*Benedictio domus, à dæmone vexatæ, aut tempore peſtis.* 354
*Benedictio domorum, in Sabbatho ſancto Paſchæ, ad libitum facienda.* 360
*Benedictio domorum, alio tempore facienda cum aſperſione aquæ benedictæ.* 361
*Benedictio loci.* 362
*Benedictio domus novæ.* 363
*Benedictio Thalami.* 364
*Benedictio Navis.* Ibid.
*Benedictio terræ ſeminatæ.* 365
*Benedictio communis ſuper fruges & vineas.* Ibid.
*Benedictio Peregrinorum, ad loca ſancta prodeuntium.* 366
*Benedictio Peregrinorum poſt reditum.* 369
*Benedictiones eſculentorum, præſertim in Paſcha.* 371
*Benedictio Agni Paſchalis.* Ibid.
*Benedictio ovorum.* 372
*Benedictio Panis.* Ibid.
*Benedictio novorum fructuum.* 373
*Benedictio ad quodcunque comeſtibile.* 374
*Benedictio olei ſimplicis.* Ibid.
*Benedictiones, Cærimoniæ, & Ritus, certis & ſtatutis anni temporibus ex antiqua conſuetudine obſervandi.* 376
*Thurificatio ſeu Benedictio domorum, in Vigilia Nativitatis, Profeſto Circumciſionis, & Vigilia Epiphaniæ Domini.* Ibid.
*Benedictio Salis & Aquæ major, ex antiquo Eccleſiarum Parochialium ritu fieri ſolita in die S. Stephani protomart.* 379
*Benedictio vini in die ſancti Ioannis Euangeliſtæ.* 389
*Benedictio herbarum in Feſto Aſſumptionis B. M. V.* 392
*Benedictio herbarum, & quorumcunque fructuum.* 395
*Benedictio medicinæ, & antidoti.* Ibid.
*Ordo, ſervandus feria quinta, ſexta, & Sabbatho majoris Hebdomadæ.* 397
*Ordo ponendi SS. Corpus Domini in ſepulchrum.* 399
*Ordo recipiendi SS. Chriſti Corpus è ſepulchro in ſancta nocte Paſchæ.* 404
*Benedictiones, ab Epiſcopis, vel aliis, facultatem habentibus, faciendæ.* 407
*Benedictio ſacerdotalium indumentorum in genere.* Ibid.
*Benedictio mapparum ſeu linteaminum Altaris.* 409
*Benedictio Corporalium.* 410
*Benedictio Tabernaculi ſeu Vaſculi pro ſacroſancta Euchariſtia conſervanda.* 411
*Benedictio novæ Crucis.* 412
*Benedictio imaginum Ieſu Chriſti Domini noſtri, B. V. Mariæ, & aliorum Sanctorum.* 413
*Ritus benedicendi & imponendi primarium lapidem pro Eccleſia ædificanda, ſervandus à Sacerdote, facultatem habente ab Epiſcopo.* 414
*Ritus benedicendi novam Eccleſiam ſeu Oratorium publicum, ut ibi ſanctiſſimum Miſſæ Sacrificium celebrari poſſit.* 422
*Ritus reconciliandi Eccleſiam violatam, ſi nondum erat ab Epiſcopo conſecrata.* 427
*Ritus benedicendi novum Cœmeterium, per Sacerdotem, ab Epiſcopo delegatum.* 431
*De Eccleſiæ, ab Epiſcopo conſecratæ, &*

Cœmeterii ei contigui, reconciliatione. 433
Ordo reconciliandi Cœmeterium violatum, ſive Eccleſiæ contiguum ſit ſive ſeparatum, ubi Eccleſia non eſt polluta. 450
De Proceſſionibus. 453
De Proceſſione in die Feſto Purificationis B. Mariæ ſemper Virginis. 454
De Proceſſione in die Palmarum. 459
Ordo, ſervandus in Litaniarum majorum Proceſſione, quæ die Feſto ſancti Marci celebratur. 470
De Proceſſione in Feſto ſanctiſſimi Corporis Chriſti. 472
De Proceſſione in die Animarum. 492
Ritus, obſervandus, quando in Eccleſiis, maxime vero Ruralibus, pro locorum conſuetudine, præſertim tribus diebus Dominicis poſt Octavam Corporis Chriſti, pro terræ frugibus decantantur quatuor SS. Euangeliorum initia. 495
De Proceſſione ad petendam pluviam. 498
Proceſſio ad poſtulandam ſerenitatem. 501
Preces ad repellendam tempeſtatem. 502
Preces, dicendæ tempore penuriæ & famis. 505
Proceſſio tempore mortalitatis & peſtis. 506
Preces, dicendæ in Litaniis, tempore belli. 508
Proceſſio in quacunque tribulatione. 513
Preces, dicendæ in Proceſſionibus pro gratiarum actione. 515
De Proceſſione in Tranſlatione ſacrarum Reliquiarum inſignium. 527
De exorcizandis obſeſſis à dæmonio. 528
Kurtze Frag vnd Antwort des kleinen Catechiſmi. 564
Inſtructio, qua ratione doctrina catechiſtica juventuti proponi & explicari debeat. 577
Modus & præcepta concionandi, ſive de Prædicatione Verbi Dei. 583
De Sacellanis, Vicariis, Altariſtis, &c. 601
De Cuſtodibus & Campanariis. 602
De Ludimagiſtris & Organœdis. 604
De Magiſtris Fabricæ. 606
De Magiſtris Pauperum & Hoſpitalium. 607
De Obſtetricibus. Ibid.
Formula Profeſſionis fidei Catholicæ. 610
Formulæ ſcribendi in libris, habendis apud Parochos. 617



DE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DE IIS QVÆ IN SACRAMENTORVM ADMINISTRATIONE generaliter ſervanda ſunt.

*VT ea, quæ ex antiquis Catholicæ Eccleſiæ inſtitutis, & ſacrorum Canonum Summorumque Pontificum decretis, de Sacramentorum ritibus ac cærimoniis hoc libro præſcribuntur, qua par eſt diligentia ac religione cuſtodiantur, & ubique fideliter ſerventur; illud ante omnia ſcire & obſervare convenit, quod ſacroſancta Tridentina Synodus de iis ritibus decrevit, in hæc verba:*

Si quis dixerit, receptos & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe; anathema ſit. Seſſ. 7. Can. 13.

*Cum igitur in Eccleſia Dei nihil ſanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis divinum habeatur, quam Sacramenta, ad humani generis ſalutem à Chriſto Domino inſtituta; Parochus, vel quivis alius Sa-*

*cerdos, ad quem eorum adminiſtratio pertinet, meminiſſe in primis debet, ſe ſancta tractare; atque omni fere temporis momento, ad tam ſanctæ adminiſtrationis officium, paratum eſſe oportere.*

*Quamobrem illud perpetuo curabit, ut integre, caſte, pieque vitam agat: nam, etſi Sacramenta ab impuris coinquinari non poſſunt, neque à pravis miniſtris eorum effectus impediri; impure tamen & indigne ea miniſtrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo, ſi fuerit peccati mortalis ſibi conſcius (quod abſit,) ad Sacramentorum adminiſtrationem non audeat accedere, niſi prius corde pœniteat: ſed, ſi habeat copiam Confeſſarii, & temporis locique ratio ferat, convenit confiteri.*

*Quacunque diei ac noctis hora ad Sacramenta miniſtranda vocabitur, nullam officio ſuo præſtando (præſertim ſi neceſſitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum ſæpe, prout ſe offeret occaſio, præmonebit, ut, cum ſacro miniſterio opus fuerit, ſe quamprimum advocet, nulla temporis aut cujuſcunque incommodi habita ratione.*

*Ipſe vero, antequam ad hujuſmodi adminiſtrationem accedat, paululum, ſi opportunitas dabitur, orationi, & ſacræ rei quam acturus eſt meditationi, vacabit, atque ordinem miniſtrandi, & cæremonias, pro temporis ſpatio, prævidebit & perleget.*

*In omni Sacramentorum adminiſtratione ſuperpel-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*liceo ſit indutus:& deſuper ſtola,ejus coloris quem Sacramenti ritus expoſcit; niſi, in Sacramento Pœnitentiæ miniſtrando; occaſio vel conſuetudo vel locus interdum aliter ſuadeat.*

*Adhibebit quoque unum ſaltem, ſi habeat, vel plures Clericos, prout loci & Sacramenti ratio poſtulabit, decenti habitu & ſuperpelliceo pariter indutos.*

*Curabit etiam, ut ſacra ſupellex, veſtes, ornamenta, linteamina, & vaſa miniſterii, integra nitidaque ſint & munda.*

*In Sacramentorum adminiſtratione, eorum virtutem, uſum, ac utilitatem, & cæremoniarum ſignificationes, ut Concilium Tridentinum præcipit, ex ſanctorum Patrum & Catechiſmi Romani doctrina, ubi commode fieri poterit, diligenter explicabit.*

*Dum Sacramentum aliquod miniſtrat, ſingula verba, quæ ad illius formam & miniſterium pertinent, attente, diſtincte, & pie, atque clara voce, pronunciabit. Similiter & alias orationes & preces devote ac religioſe dicet: nec memoriæ, quæ plerumque labitur, facile confidet: ſed omnia recitabit ex libro. Reliquas præterea cæremonias ac ritus ita decenter gravique actione peraget, ut adſtantes ad cæleſtium rerum cogitationem erigat, & attentos reddat.*

*Ad miniſtrandum procedens, rei, quam tractaturus eſt, intentus ſit; nec de iis, quæ ad ipſam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur: in ipſa admi-*

*niſtratione actualem attentionem habere ſtudeat, vel ſaltem virtualem, cum intentione faciendi quod in eo facit Eccleſia.*

*Illud porro diligenter caveat, ne in Sacramentorum adminiſtratione aliquid, quavis de cauſa vel occaſione, directe vel indirecte, extorqueat, ſed ita miniſtret, ut ab omni Simoniæ atque avaritiæ ſuſpicione, nedum crimine, longiſſime abſit. Si quid verò nomine eleemoſynæ, devotionis ſtudio, ſeu neceſſariæ ſuſtentationis titulo, peracto jam Sacramento, à fidelibus offerri conſuevit, id licite, pro conſuetudine locorum, petere & accipere poterit; modo cum debita modeſtia & citra ſcandalum id fiat, &, quidquid accipitur, non pro re ſpirituali, ſed vere pro labore temporali, ſeu ut modo dictum eſt, neceſſarii victus aut ſuſtentationis titulo, recipiatur.*

*Fidelibus alienæ Parochiæ Sacramenta non miniſtrabit, niſi neceſſitatis cauſa, vel de licentia Parochi, ſeu Ordinarii.*

*Omnes autem, qui Sacramenta ſuſcipiunt, loco & tempore opportuno monebit, ut, remoto inani colloquio & habitu actuque indecenti, pie ac devote Sacramentis interſint, & ea, qua par eſt reverentia, ſuſcipiant.*

*Librum hunc Ritualem (ubi opus fuerit) ſemper, cum miniſtrabit, ſecum habebit, rituſque & cærimonias, in eo præſcriptas, diligenter ſervabit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Cæterum, illorum tantum Sacramentorum, quorum adminiſtratio ad Parochos pertinet, ritus hoc opere præſcribuntur; cujuſmodi ſunt Baptiſmus, Pœnitentia, Euchariſtia, Extrema unctio, & Matrimonium. Reliqua vero duo Sacramenta, Confirmationis & Ordinis, cum propria ſint Epiſcoporum, ritus ſuos habent in Pontificali præſcriptos. Et ea, quæ de iis atque aliis Sacramentis ſcire, ſervare, & docere Parochi debent, cum ex aliis libris, tum præcipue ex Catechiſmo Romano, ſumi poſſunt; (id quod etiam infra ſpeciatim circa Confirmationis Sacramentum in gratiam Parochorum obſervabimus.)* Pag. 68. *Siquidem hic de iis fere tantum agere, inſtituti operis ratio poſtulat, quæ ad illorum quinque Sacramentorum ritus pertinent.*

*Poſtremo, quiſquis Sacramenta adminiſtrare tenetur, habeat libros neceſſarios, ad officium ſuum pertinentes, eoſque præſertim, in quibus variarum parochialium functionum notæ ad futuram rei memoriam deſcribuntur, ut ad finem hujus Ritualis habetur.*

# DE SACRAMENTO BAPTISMI rite adminiſtrando.

*SAcrum Baptiſma, Chriſtianæ religionis & æternæ vitæ januam, quod inter alia novæ legis Sacramenta, à* CHRISTO *inſtituta, primum tenet locum, cunctis ad ſalutem neceſſarium eſſe, ipſa Veritas teſtatur illis verbis :* Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. *Itaque ſumma, ad illud opportune riteque adminiſtrandum ac ſuſcipiendum, diligentia adhibenda eſt.*

*Cum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia ſint de jure divino abſolute neceſſaria, ut materia, forma, miniſter; alia ad illius ſolemnitatem pertineant, ut ritus, ac cæremoniæ, quas, ex Apoſtolica & antiquiſſima traditione acceptas, & approbatas, niſi neceſſitatis cauſa, omittere non licet; de iis aliqua præmonenda ſunt, ut ſacrum hoc miniſterium rite ac ſancte peragatur.*

## De materia Baptiſmi.

A*C primum intelligat Parochus, cum hujus Sacramenti materia ſit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi poſſe.*

*Aqua vero ſolemnis Baptiſmi ſit eo anno benedicta in Sabbato ſancto Paſchatis, vel Sabbato Pentecoſtes; quæ in fonte mundo nitida & pura diligenter conſervetur: & hæc, quando nova benedicenda eſt, in Eccleſiæ vel potius Baptiſterii ſacrarium effundatur.*

*Si Aqua benedicta tam imminuta ſit, ut minus ſufficere videatur, alia non benedicta admiſceri poteſt, in minori tamen quantitate.*

*Si vero corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in Fontem, bene mundatum ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quæ infra præſcribitur.* Pag. 64.

*Sed, ſi aqua conglaciata ſit, curetur, ut liqueſiat; ſin autem ex parte congelata ſit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, & admiſcere aquæ baptiſmali in vaſculo ad id parato, & ea tepefacta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.*

## De forma Baptiſmi.

Q*Voniam Baptiſmi forma, his verbis expreſſa,* Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. *omnino neceſſaria eſt; ideo eam nullo modo licet mutare; ſed eadem verba, uno & eodem tempore, quo ſit ablutio, pronuncianda ſunt.*

*Latinus Presbyter Latina forma ſemper utatur.*

*Cum Baptiſmum iterare nullo modo liceat; ſi quis ſub conditione, de quo infra, ſit baptizandus, ea conditio explicanda eſt, hoc modo:* Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c. *Hac tamen conditionali forma non paſſim aut leviter uti licet, ſed prudenter, & ubi, re diligenter perveſtigata, probabilis ſubeſt dubitatio, infantem non fuiſſe baptizatum.*

*Baptiſmus licet fieri poſſit, aut per infuſionem aquæ, aut per immerſionem, aut per aſperſionem, primus tamen vel ſecundus modus, qui magis ſunt in uſu, pro Eccleſiarum conſuetudine retineantur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur vel immergatur in modum crucis, uno & eodem tempore, quo verba proferuntur; & idem ſit aquam adhibens & verba pronuncians.*

*Vbi vero Baptiſmus ſit per infuſionem aquæ, cavendum eſt, ne aqua ex infantis capite in fontem, ſed vel in ſacrarium baptiſterii, prope ipſum fontem extructum, defluat, aut in aliquo vaſe, ad*

*hunc uſum parato, recepta, in ipſius Baptiſterii, vel in Eccleſiæ ſacrarium, effundatur.*

## De miniſtro Baptiſmi.

*Legitimus quidem Baptiſmi miniſter eſt Parochus; vel alius Sacerdos, à Parocho vel ab Ordinario loci delegatus: ſed, quoties infans, aut adultus, verſatur in vitæ periculo, poteſt ſine ſolemnitate à quocumque baptizari in qualibet lingua, ſive clerico ſive laico, etiam excommunicato, ſive fideli ſive infideli, ſive catholico ſive hæretico, ſive viro ſive femina, ſervata tamen forma & intentione Eccleſiæ.*

*Sed, ſi adſit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, Clericus laico, & vir feminæ; niſi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare infantem non omnino editum, vel niſi melius femina ſciret formam & modum baptizandi. Quapropter curare debet Parochus, ut fideles, præſertim obſtetrices, rectum baptizandi ritum probe teneant & ſervent.*

*Pater, aut mater, propriam prolem baptizare non debet, præterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur, qui baptizet: neque tunc ullam contrahunt cognationem, quæ matrimonii uſum impediat.*

## De Baptizandis parvulis.

*Opportune Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes, ſive baptizandos ſive baptizatos, quamprimum fieri poterit, & qua decet Chriſtiana modeſtia, ſine pompæ vanitate, deferant ad Eccleſiam; ne illis Sacramentum, tantopere neceſſarium, nimium differatur cum periculo ſalutis; & ut iis, qui ex neceſſitate privatim baptizati ſunt, conſuetæ cærimoniæ rituſque ſuppleantur, omiſſa forma & ablutione.*

*Nemo, in utero matris clauſus, baptizari debet. Sed, ſi infans caput emiſerit, & periculum mortis immineat, baptizetur in capite;*

nec

*nec poſtea, ſi vivus evaſerit, erit iterum baptizandus. At, ſi aliud membrum emiſerit quod vitalem indicet motum, in illo, ſi periculum impendeat, baptizetur; & tunc, ſi natus vixerit, erit ſub conditione baptizandus eo modo, quo ſupra dictum eſt:* Si non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine Patris, &c. *Si vero, ita baptizatus, deinde mortuus prodierit ex utero, debet in loco ſacro ſepeliri.*

*Si mater prægnans mortua fuerit, fœtus quamprimum caute extrahatur, ac, ſi vivus fuerit, baptizetur; ſi fuerit mortuus, & baptizari non potuerit, in loco ſacro ſepeliri non debet. Infantes expoſiti & inventi, ſi, re diligenter inveſtigata, de eorum baptiſmo non conſtat, ſub conditione baptizentur.*

*In monſtris vero baptizandis, ſi caſus eveniat, magna cautio adhibenda eſt: de quo, ſi opus fuerit, Ordinarius loci, vel alii periti, conſulantur; niſi mortis periculum immineat.*

*Monſtrum, quod humanam ſpeciem non præ ſe ferat, baptizari non debet: de quo ſi dubium fuerit, baptizetur ſub hac conditione:* Si tu es homo, ego te baptizo, &c.

*Illud vero, de quo dubium eſt, unane aut plures ſint perſonæ, non baptizetur, donec id diſcernatur: diſcerni autem poteſt, ſi habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora; tunc enim totidem erunt corda & animæ, homineſque diſtincti; & eo caſu ſinguli ſeorſum ſunt baptizandi, unicuique dicendo;* Ego te baptizo, &c. *Si vero periculum mortis immineat, tempuſque non ſuppetat ut ſinguli ſeparatim baptizentur, poterit miniſter, ſingulorum capitibus aquam infundens, omnes ſimul baptizare, dicendo:* Ego vos baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Quam tamen formam in iis ſolum, & in aliis ſimilibus mortis periculis, ad plures ſimul baptizandos, & ubi tempus non patitur ut ſinguli ſeparatim baptizentur, aliàs numquam, licet adhibere.*

*Quando verò non eſt certum, in monſtro eſſe duas perſonas, ut quia duo capita & duo pectora non habet bene diſtincta; tunc*

*debet primum unus abſolute baptizari, & poſtea alter ſub conditione, hoc modo:* Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

## De Patrinis.

P*Arochus, antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos ſpectat, exquirat diligenter, quem vel quos ſuſceptores ſeu Patrinos elegerint, qui infantem de ſacro fonte ſuſcipiant, ne plures quam liceat, aut indignos vel ineptos, admittat.*

Seſſ. 24. c. 2. de ref. Matr. *Patrinus unus tantum, ſive vir ſive mulier, vel ad ſummum unus & una, adhibeantur, ex decreto Concilii Tridentini: ſed ſimul non admittantur duo viri, aut duæ mulieres, neque ipſius baptizandi pater aut mater.*

*Hos autem Patrinos, ſaltem in ætate pubertatis, ac Sacramento Confirmationis conſignatos eſſe, maxime convenit.*

*Sciant præterea Parochi, ad hoc munus non eſſe admittendos infideles, aut hæreticos, non publice excommunicatos, aut interdictos, non publice criminoſos, aut infames, nec præterea qui ſana mente non ſunt, nec qui ignorant rudimenta fidei: hæc enim Patrini, ſpirituales filios ſuos, quos de Baptiſmi fonte ſuſceperint, ubi opus fuerit, opportune docere tenentur.*

*Præterea, ad hoc etiam admitti non debent Monachi, vel Sanctimoniales, neque alii cujuſvis Ordinis regulares, à ſæculo ſegregati.*

## De tempore & loco adminiſtrandi Baptiſmi.

Q*Vamvis Baptiſmus quovis tempore, etiam interdicti, & ceſſationis à divinis, præſertim ſi urgeat neceſſitas, conferri poſſit; tamen duo potiſſimum, ex antiquiſſimo Eccleſiæ ritu, ſacri ſunt dies, in quibus, ſolemni cærimonia, hoc Sacramentum adminiſtrari maxime convenit: nempe Sabbatum ſanctum Paſchæ, & Sabbatum Pentecoſtes, quibus diebus baptiſmalis fontis aqua rite conſecratur. Quem ritum, quantum fieri commode poteſt, in adultis baptizan-*

dis,

*dis, niſi vitæ periculum immineat, retineri decet, aut certe non omnino prætermitti, præcipue in Metropolitanis aut Cathedralibus Eccleſiis.*

*Ac licet, urgente neceſſitate, ubique baptizare nihil impediat, tamen proprius Baptiſmi adminiſtrandi locus eſt Eccleſia, in qua ſit fons baptiſmalis, vel certe Baptiſterium prope Eccleſiam.*

*Itaque, neceſſitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet; niſi forte ſint Regum aut magnorum Principum filii, id ipſis ita depoſcentibus; dummodo id fiat in eorum Capellis ſeu Oratoriis, & in aqua baptiſmali, de more benedicta.*

*Baptiſterium ſit decenti loco & forma, materiaque ſolida, & quæ aquam bene contineat, decenter ornatum, & cancellis circumſeptum, ſera & clave munitum, atque ita obſeratum, ut pulvis vel aliæ ſordes intro non penetrent; in eoque, ubi commode fieri poteſt, depingatur imago ſancti Ioannis, Chriſtum baptizantis.*

## De ſacris Oleis, & aliis requiſitis.

*SAcrum Chriſma, & ſanctum Oleum, quod & Catechumenorum dicitur, quorum uſus eſt in Baptiſmo, eodem anno ſint ab Epiſcopo de more benedicta, feria quinta in Cœna Domini.*

*Curet Parochus, ut ea ſuo tempore quamprimum habeat; & tunc vetera in Eccleſia comburat.*

*Veteribus oleis, niſi neceſſitas cogat, ultra annum non utatur; ac, ſi deficere videantur, & Chriſma aut oleum benedictum haberi non poſſit, aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, ſed in minori quantitate.*

*Chriſma, & Oleum ſacrum, ſint in ſuis vaſculis argenteis, aut ſaltem ſtanneis, bene obturatis: quæ vaſcula ſint inter ſe diſtincta, & propriam unumquodque inſcriptionem habeat, majuſculis litteris inciſam, ne quis error committatur.*

*Ad uſum vero quotidianum minora habeantur vaſcula ex argento, ſi fieri poteſt, aut ſtanno; ſive ſeparata, ſive etiam conjun-*

*cta; apte tamen diſtincta, & bene cooperta, & cum ſuis inſcriptionibus, ut ſupra, ne Parochus aberret, & unum pro altero ſumat; quod cavere debet diligenter.*

*In ea igitur, ex majoribus vaſculis, Chriſmatis & Olei, quod ſufficiat, infundatur; atque, ut effuſionis periculum caveatur, commodum erit, in his vaſculis bombacium ſeu quid ſimile habere, Oleo ſacro & Chriſmate ſeparatim perfuſum, in quæ pollex, cum opus eſt, ad inungendum immittatur.*

*Hæc vaſcula ita parata, in loco proprio, honeſto, ac mundo, ſub clave ac tuta cuſtodia decenter aſſerventur, nec ab aliquo, niſi à Sacerdote, temere tangantur, aut eis ſacrilege quiſpiam abuti poſſit.*

*Parochus, quantum fieri poteſt, curet, ne per Laicos, ſed per ſe vel per alium Sacerdotem, vel ſaltem per alium Eccleſiæ miniſtrum, hæc Olea deferantur: caveat item, ne de iis quidquam ulli umquam tribuat, cujuſvis rei prætextu.*

*Sal, quod in os baptizandi immittendum eſt, ſit benedictum ſua peculiari benedictione, quæ infra præſcribitur; neque utatur ſale, exorcizato ad benedicendum aquam; ſitque prius bene confractum & attritum, ſiccum ac mundum. Sal, ita benedictum, nemini tradatur; neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur; ſed ad alios baptizandos ſervetur, aut in ſacrarium abjiciatur.* Pag. 16.

*Cum igitur Baptiſmi Sacramentum jam adminſtrandum eſt, hæc in promptu eſſe debent:*

*Vaſcula, ſacri Olei Catechumenorum, & Chriſmatis.*

*Vaſculum cum ſale benedicendo, vel jam, ut dictum eſt, benedicto.*

*Vaſculum, ſeu cochlear, ex argento vel alio metallo, nitidum, ad aquam Baptiſmi fundendam ſupra caput baptizandi; quod nulli præterea alii uſui deſerviat.*

*Pelvis, ſeu bacile, ad excipiendam aquam, ex capite defluentem; niſi ſtatim in ſacrarium defluat.*

*Goßipium, alio nomine bombacium, ſeu quid ſimile, ad abſtergenda loca, ſacris Oleis inuncta.*

*Stolæ duæ, una violacea, & altera alba, ut infra notatur, mutandæ.*

*Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lavat, abſtergantur; & vas pro manuum lotione poſt Baptiſmum; quod huic tantum uſui deſervire decet.*

*Alba veſtis in modum pallioli, ſeu linteolum candidum, infantis capiti imponendum.*

*Cereus, ſeu candela cerea, baptizato ardens tradenda.*

*Hic denique Ritualis liber ſit paratus, & item liber Baptiſmalis, in quo baptizati diſcribuntur.*

*Omnibus igitur opportune præparatis, Sacerdos, ad tanti Sacramenti adminiſtrationem, lotis manibus, ſuperpelliceo & ſtola violacea indutus, accedat; clericum unum, ſeu plures, ſi poteſt, ſecum adhibeat, ſuperpelliceo pariter indutos, qui ſibi miniſtrent.*

*Ita paratus, accedat ad limen Eccleſiæ, ubi foris expectant, qui infantem detulerunt.*

*Interroget (niſi de his bene ſibi conſtet) an ſit ſuæ Parochiæ, maſculus an femina, an ſit domi baptizatus, & à quo, & quam rite, & qui ſint Compatres, qui infantem teneant, pro eoque reſpondeant; quos pie ac decenter aßiſtere, ac, prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes reſpondere admoneat.*

*Et quoniam iis qui baptizantur, tanquam Dei filiis in Chriſto regenerandis, & in ejus militiam adſcribendis, nomen imponitur; curet, ne obſcœna, fabuloſa, aut ridicula, vel inanium Deorum, vel impiorum Ethnicorum hominum, nomina imponantur; ſed potius, quatenus fieri poteſt, Sanctorum; quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, & patrociniis protegantur.*

*His igitur expeditis, Baptizans ad Baptiſmum procedat, & Patrinum de nomine infantis, ſuper brachium dextrum illius poſiti, in hunc modum nominatim interroget.*

# ORDO BAPTISMI PARVVLORVM.

Dum ſequentes interrogationes facit Epiſcopus, ſedet cum mitra.

QVomodo vocandus eſt infans iſte? *Vel, ſi Patrinus ignorat linguam Latinam, Germanice ſic interrogat :* Wie ſoll das Kind heiſſen? *Patrinus reſpondet :* N. *Sacerdos :* N. quid petis ab Eccleſia Dei? Was begerſt du von der Kirchen Gottes? *Patrinus reſpondet :* Fidem. Den Glauben. *Sacerdos :* Fides quid tibi præſtat? Was gibt dir der Glaube? *Patrinus reſpondet :* Vitam æternam. Das ewige Leben. *Sacerdos :* Si igitur vis ad vitam ingredi, ſerva mandata : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua; & proximum tuum ſicut teipſum.

Pontifex ſurgit cum mitra.

*Deinde ter exſufflet leniter in faciem infantis, & dicat ſemel :* Exi ab eo, (*vel* ab ea,) immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto Paraclito.

Rurſus ſedet cum mitra.

*Poſtea pollice faciat ſignum Crucis in fronte & pectore infantis, dicens:* Accipe ſignum Crucis, tam in fronte ✠ quam in corde ✠; ſume fidem cæleſtium præceptorum, & talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis.

Oremus.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum *N.* (electam tuam *N.*) Crucis Dominicæ impreſſione ſignatum, (ſignatam,) perpetua virtute cuſtodi, ut, magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Surgit, & dicit ſequentes orationes, ſine mitra.

*Deinde imponat manum ſuper caput infantis, ac dicat:*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum *N.* (famulam tuam *N.*) quem (quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo (ea) expelle: diſrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus (colligata): aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut, ſigno ſapientiæ tuæ imbutus (imbuta,) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum lætus (læta) tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*De-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Deinde Sacerdos benedicat ſalem: qui, ſemel benedictus, aliàs ad eumdem uſum deſervire poteſt.*

## *Benedictio ſalis.*

EXorcizo te, creatura ſalis, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti ✠, & in virtute Spiritus ſancti ✠; Exorcizo te, per Deum vivum ✠, per Deum verum ✠, per Deum ſanctum ✠, per Deum ✠ qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo, venienti ad credulitatem, per ſervos ſuos conſecrari præcepit, ut in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine Deus noſter, ut hanc creaturam ſalis ſanctificando ſanctifices ✠, & benedicendo benedicas ✠, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

Pontifex accipit mitram, & ſedet.

*Deinde immittat modicum ſalis benedicti in os infantis, dicens*: N. Accipe ſalem ſapientiæ: propitiatio ſit tibi in vitam æternam. *Reſp.* Amen. *Sacerdos.* Pax tecum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Oremus.

Deus patrum noſtrorum, Deus univerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum *N.* (famulam tuam *N.*) reſpicere digneris propitius, &, hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quò minus cibo expleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſerviens. Perduc eum (eam) Domine, quæſumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. Rurſus ſtat ſine mitra.

Exorcizo te, immunde ſpiritus, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ſancti ✠, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei *N.* (famula Dei *N.*) Ipſe enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus ſuper mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit. Adhuc ſtat cum mitra.

Ergo, maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Ieſu Chriſto, Filio ejus, & Spiritui ſancto: & recede ab hoc famulo Dei *N.* (famula Dei *N.*) quia iſtum (iſtam) ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem,

fontemque Baptiſmatis vocare dignatus eſt.

*Hic pollice in fronte ſignat infantem, dicens :*

Et hoc ſignum ſanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, numquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Mox imponit manum ſuper caput infantis, & dicit:*

Oremus.

ÆTernam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, autor luminis & veritatis, ſuper huuc famulum tuum *N.* (famulam tuam *N.*) ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum (eam,) & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut dignus (digna) gratia Baptiſmi tui effectus (effecta,) teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Poſtea Sacerdos imponit extremam partem ſtolæ ſuper infantem, & introducit eum in Eccleſiam, dicens :*

*N.* Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Chriſto in vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Cum fuerint Eccleſiam ingreſſi, Sacerdos, procedens*

*ad fontem, cum ſuſceptoribus conjunctim clara voce dicit:*

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine: paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum: ſanctam Eccleſiam Catholicam; Sanctorum communionem: remiſſionem peccatorum: carnis reſurrectionem: vitam æternam. Amen.

Episcopus ſtat ſine mitra.

PAter noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ne nos inducas in tentationem; ſed libera nos à malo. Amen.

*Vel Germanice dicat*: Sprecht mit mir den Chriſtlichen Catholiſchen Glauben/ ſambt dem Heiligen Vatter vnſer/ etc. Ich glaub in Gott Vatter/ Allmägtigen

Schöpffer Himmels vnd der Erden. Vnd in Jeſum Chriſtum/ ſeinen einigen Sohn/ vnſern Herꝛn. Der empfangen iſt von dem Heiligen Geiſt. Geboren auß Maria der Jungfrawen. Gelitten vnter Pontio Pilato/ gecreutziget/geſtorben/ vnd begraben. Abgeſtigen zu der Höllen/am dritten Tag widerumb aufferſtanden von den Todten. Auffgefahren zu den Himmeln/ſitzet zu der Gerechten Gottes deß Allmägtigen Vatters. Von dannen er kommen wird / zu richten die Lebendigen vnd die Todten. Jch glaub in den Heiligen Geiſt. Ein Heilige allgemeine Chriſtliche Kirchen. Gemeinſchafft der Heiligen. Ablaß der Sünden. Aufferſtehung deß Fleiſches. Vnd ein ewiges Leben. Amen.

Vatter vnſer/ der du biſt in den Himmeln. Geheiliget werde dein Nam. Zukomme dein Reich. Dein will geſchehe/ wie im Himmel/alſo auch auff Erden. Gib vns heut vnſer täglichs Brot. Vnd vergib vns vnſere Schulden/ als auch wir vergeben vnſern ſchuldigern. Vnd führe vns nit in verſuchung. Sonder erlöſe vns vom vbel. Amen.

*Deinde ad circumſtantes, qui infantem deferunt & comitantur, ſtando ſequentem facit exhortationem.*

# Chriſtliche Ermanung

## an die Gevattern/ vnd andere vmbſtehende/ vor der H. Tauff.

Si Baptizans ſit Epiſcopus, omittit exhortationem; quam tamen ſi pro libitu facere velit, ſedendo cum baculo & mitra illam facit.

ANdächtige in Chriſto dem Herꝛn / dieweil wir bei dieſem Chriſtlichen vnd Gottſeeligen werck der Heiligen Tauff in dem Herꝛn verſamblet ſein / ſo ſollen Ewer Lieb vnd Andacht ſich wol erinnern/ deß herꝛligen

Spruchs

Spruchs vnſers lieben Herrn Jeſu Chriſti: Es ſei dan/ (ſpricht er bei dem Heiligen Johan. am 3. Capittel/) daß einer widerumb geboren werde auß dem Waſſer vnd Heiligen Geiſt / ſo kan er nit eingehen in daß Reich Gottes. Vrſach / dan nach S. Pauli gezeugnuß / ſein alle Adams kinder / wie klein / jung / vnd vnſchuldig ſie ſcheinen / in Sünden empfangen vnd geboren / ja auch von natur Kinder deß Göttlichen Zorns/Dieweil ſie alle in Adam/ihrem erſten Vatter/geſündiget haben/ vnd mit der Erbſünd befleckt ſein/ vnd alſo zum ewigen leben vntauglich erfunden werden. Demnach wird diſes junge Kind hie fürgeſtellt / vnd zu der Heiligen Tauff bereit / damit es auß dem Stand der Sünden vnd ſündlicher vnſauberkeit / zu dem Stand der Gnaden vnd Chriſtlichen Gerechtigkeit komme / ja auch für ein lebendiges Glied Chriſti/ vnd für einen rechten Erben deß Himmelreichs/angenommen vnd gezehlet werde. Dieweil aber diß ſchwache Kind/ ſolche groſſe angebottene Gnad Gottes/ in diſem vnmöglichen alter nicht erkennen noch bekennen kan/ ſoll erſtens Ewer Lieb vnd Andacht/ vnd ſonderlich ihr Gevattern/ermahnet ſein/ daß ihr an ſtat diſes Kinds ewer Hertz zu dem Allmägtigen wendet/ vnd mit vngezweiffeltem Glauben betrachtet/ daß Chriſtus Jeſus/aller Welt Heiland / diß Heilige vnd nothwendige Sacrament deß Tauffs ſelbſt hat eingeſetzt / vnd mit ſeiner Gnadenreichen verheiſſung geziert vnd verſieglet / alß er nemblichen durch Ezechielem ſeinen Propheten vorgeſagt/er wölle ein rein Waſſer vber ſein Volck außgieſſen/ vnd ſie rein machen von allen jhren vnreinigkeiten. Vnd meinen Geiſt/ ſagt er/ will ich euch geben / vnd will machen/daß jhr in meinen Gebotten wandlet/vnd dieſelbige vollbringet.

Zum andern/ſolt ihr andächtig zu Hertzen führen/daß die obgemelte Gaab vnd Gnad / von diſem Kind nichts anders erfordert / dann daß es / mit der zeit / daſſelbige danckbarlich leiſte / was ihr Gevattere / an ſeiner ſtat/ ernſtlichen alhie verſprechen vnd verheiſſen werdet : Als nemblich/daß es dem Teuffel/vnd aller ſeiner Hoffart vnd wercken/widerſage vnd widerſtrebe: Item daß es für vnd für bleibe vnd verharre bei dem rechten Chriſtlich-Catholiſch- vnd Apoſtoliſchen Glauben / welchen Glauben es auch ſonderlich üben vnd erzeigen ſoll/mit dem Gebett/ in dem H. Vatter vnſer/vnd mit dem Gehorſamb/in den H. zehen Gebotten. Nicht weniger haben ſie auch zuerwegen/ vnd wol zubehertzigen/ daß nit allein der Tauffer mit dem getaufften / ſonder auch der Tauffgött oder Gevatter mit dem Tauffkind/ ſambt deſſen wahren Eltern/ geiſtlicher weiſe befreundet werden / alſo daß ſie ſich mit recht nit zuſammen verheirathen mögen / ja auch nach beſchehenen Heirath / widerumb geſcheiden werden müſſen. Inſonderheit aber erfordert ewer Ambt vnd Pflicht/ daß ihr euch diſes Kinds / im fall es nach empfangner Tauff/vber kurtz oder lang/auß zulaſſung Gottes/ſeiner natürlichen Eltern / durch den zeitlichen Todt beraubt wurde / getrewlich annembt / es auff die Forcht Gottes/ Zucht vnd Erbarkeit/anweiſet vnd haltet/damit/wann es zu ſeinen verſtändigen Jahren kommen würd/ſeiner Keuſcheit wahrnemme / die Gerechtigkeit lieb habe / vnd vor allen dingen daß H. Vatter vnſer / den H. Engliſchen Gruß/Chriſtlichen Glauben/vnd die zehen Gebott fleiſſig lehrne/vnd derer ſich embſig gebrauche/ damit es/nach ſeinem vnd ewrem zuſagen / ſo vor Gott vnd der Kirchen hie geſchehen/wider deß Teuffels Reich ritterlichen ſtreitten / vnd ſtandhafftig vberwinden / vnd alſo nach diſem

ſterblichen leben / ſambt allen lieben Außerwölten / die Cron der ewigen Frewd vnd Seeligkeit erlangen möge. Damit aber ſolches geſchehe / vnd wir alle neben diſem Kind die Gnadenreiche Krafft vnd würckung der H. Tauff haben vnd in vns empfinden mögen/ ſo laſſet vns demnach mit gebognen Knien vnd demütigen Hertzen ſammentlich ſprechen ein Andächtiges Vatter vnſer/ vnd Ave Maria.

*Baptizans & circumſtantes genu flectunt, & recitant ſecreto* Pater noſter, Ave Maria, &c.

*Quibus peractis ſurgunt; & Baptizans, antequam accedat ad Baptiſterium, dicat:*

## Exorcismus.

EXorcizo te, omnis ſpiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in nomine Ieſu Chriſti, Filii ejus, Domini & Iudicis noſtri ✠, & in virtute Spiritus ſancti ✠, ut diſcedas ab hoc plaſmate Dei *N.* quod Dominus noſter ad templum ſanctum ſuum vocare dignatus eſt, ut fiat templum Dei vivi, & Spiritus ſanctus habitet in eo. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Poſtea Sacerdos digito accipiat de ſaliva oris ſui, & tangat aures & nares infantis: tangendo verò aurem dexteram & ſiniſtram, dicat:*

Ephpheta, quod eſt Adaperire: *deinde tan-*

*gat nares, dicens :* In odorem ſuavitatis. *& ſubdit :* Tu autem effugare, diabole; appropinquavit enim judicium Dei.

Epiſcopus ſedet cum mitra.

*Poſtea interrogat baptizandum nominatim, dicens:* N. Abrenuntias Satanæ? Widerſagſtu dem Teufel? *Reſpondet Patrinus :* Abrenuntio. Jch widerſag.
Et omnibus operibus ejus?
Vnd allen ſeinen Wercken?
*Reſp.* Abrenuntio. Jch widerſag.
Et omnibus pompis ejus? Vnd aller ſeiner Hoffart? *Reſp.* Abrenuntio. Jch widerſag.

*Deinde Sacerdos intingit pollicem in Oleo Catechumenorum; & infantem ungit in pectore, & inter ſcapulas, in modum Crucis, dicens:*

Ego te linio ✠ Oleo ſalutis, in Chriſto ✠ Iesv Domino noſtro, ut habeas vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Subinde pollicem & inuncta loca abſtergit bombacio vel re ſimili; deponit ſtolam violaceam, & aſſumit aliam albi coloris, & interrogat expreſſo nomine baptizandum, Patrino reſpondente :*

Epiſcopus ſimiliter ſumit ſtolam & pluviale coloris albi; & ſedet cum mitra.

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ? *N.* Glaubſt du in Gott Vatter Allmägtigen Schöpffer Himmels vnd der Erden? *Reſp.* Credo. Jch glaub.

Credis in Ieſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, natum, & paſſum?

Glaubſt

Glaubſt du in Jeſum Chriſtum/ſeinen einigen Sohn/ vnſern Herrn/ der geboren iſt/ vnd gelitten hat?

*Reſp.* Credo. Ich glaub.

Credis in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, vitam æternam?

Glaubſt du in den Heiligen Geiſt/ ein Heilige allgemeine Chriſtliche Catholiſche Kirchen/ Gemeinſchafft der Heiligen/ Ablaß der Sünden/ Aufferſtehung deß Fleiſches/ vnd ein ewiges Leben?

*Reſp.* Credo. Ich glaub.

*Quærat Sacerdos, ab obſtetrice & aliis, an infans ſit baptizatus; dicendo lingua vulgari:*

Iſt das Kind getaufft?

*Subinde expreſſo nomine baptizandi, ter Sacerdos interrogat:*

N. Vis baptizari? Wilt du getaufft werden?

*Reſp. Patrinus.* Volo. Ich will.

*Quærat deinde Sacerdos; an, propter periculum evitandum, ſit, circa Baptiſmum infantis, aliquid attentatum à quopiam? Et, ſi reſpondeatur, nihil ejusmodi factum; tunc, Patrino, vel Matrina, vel utroque (ſi ambo admittantur,) infantem tenente, Sacerdos vaſculo, ſeu urceolo, accipit aquam Baptiſmalem, & de ea ter fundit ſupra caput infantis in modum Crucis, &, ſimul verba proferens; ſemel tantum diſtinctè & attentè dicit:*

Epiſcopus adhuc ſedet cum mitra.

N. Ego te baptizo in nomine Patris, ✠ *fundat primo,* & Filii, ✠ *fundat ſecundo,* & Spiritus ✠ ſancti, *fundat tertio. Reſp.* Amen.

*Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:* N. Si non es baptizatus, (baptizata,) ego te baptizo, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti. *Reſp.* Amen.

*Deinde intingit pollicem in ſacro Chriſmate, & ungit infantem in ſummitate capitis in modum Crucis, dicens:*

DEus omnipotens, Pater Domini noſtri Iesv Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum, *(hîc inungit,)* ipſe te liniat Chriſmate ſalutis ✠ in eodem Chriſto Ieſu Domino noſtro, in vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Sacerdos:* Pax tibi. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Tum bombacio, aut re ſimili, abſtergit pollicem ſuum, & locum inunctum; & imponit capiti ejus linteolum candidum, loco veſtis albæ, dicens:*

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Iesv Chriſti, ut habeas vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Poſtea dat ei, vel Patrino, candelam accenſam, dicens:*

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum: ſerva Dei mandata, ut, cum Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula cælesti, habeaſque vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Poſtremo dicit:* N. Vade in pace; & Dominus ſit tecum. *Reſp.* Amen.

*Si vero fuerint plures baptizandi, ſive maſculi ſive feminæ, in Catechiſmo maſculi ſtatuantur ad dexteram, feminæ vero ad ſiniſtram; & omnia pariter dicantur ut ſupra, in proprio genere, & numero plurali. Verum, prima nominis interrogatio, exſufflatio, Crucis impreſſio, ſeu ſignatio, tactus aurium & narium cum ſaliva, abrenunciationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide ſeu Symbolo, & ipſe Baptiſmus, inunctio Chriſmatis, candidæ veſtis impoſitio, atque accenſæ candelæ traditio, ſingulariter ſingulis, & primum maſculis, deinde feminis, fieri debent.*

*Si infans vel adultus, ægrotus, adeo graviter laboret, ut periculum immineat, ne pereat ante, quam Baptiſmus perficiatur; Sacerdos, omiſſis quæ Baptiſmum præcedunt, eum baptizet, ter vel etiam ſemel infundens aquam ſuper caput ejus in modum Crucis, dicens:* Ego te baptizo, in nomine Patris ✠, *&c.* *Pag.* 26.

*Si non habeatur aqua Baptiſmalis, & periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua ſimplici.*

*Deinde, cum Baptiſmus in Eccleſia confertur, ſi habeat Chriſma, liniat eum in vertice, dicens:* Deus omnipotens, Pater Domini noſtri IESV

Pag. 26. CHRISTI, *&c. ut ſupra.*

*Poſtea dat ei linteolum candidum, dicens:* Acci-

Ibidem. pe veſtem, *&c.*

*Ac demum det ei cerem candelam accenſam, di-*

Pag. 27. *cens:* Accipe lampadem, *&c. ut ſupra. Si ſupervixerit, ſuppleantur alii ritus omiſſi.*

*Baptiſmo ſic expleto, lavet Sacerdos ſupra pelvim manus cum ſale & aqua, præſertim vero pollicem quo in unctionibus uſus eſt; tum etiam Patrinus: lotionis vero aqua in locum ſacrum effundatur.*

*Antequam infans ex Eccleſia aſportetur, aut ſuſceptores diſcedant, eorum nomina, & alia de adminiſtrato Baptiſmo, ad præſcriptam formam in Baptiſmali libro Parochus accurate deſcribat. Quod ubi factum eſt, ſerio circumſtantibus inculcabit, ut parentes vel nutrices admoneant, ne, propter oppreſſionis periculum, ſecum in lecto infantes detineant; hoc fere modo:*

Ewer Lieb vnd Andacht werden diſes Kinds Eltern ermahnen/ daß ſie daſſelbige/wegen lebens gefahr/keines wegs bei ſich in den Betten auffhalten oder andern ſolchs zuthun geſtatten ſollen. Dann/woferm es ſolte ertruckt werden/ begehen die/ſo daß Kind ertrucken/ein ſolche Sünd/ van welcher kein Beichtvatter ohne habendes Privilegium abſolviren kan.

# De Baptiſmo Adultorum.

*SI quis adultus ſit baptizandus, debet prius ſecundum Apoſtolicam regulam in Chriſtiana fide ac ſanctis moribus diligenter inſtitui, & per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejuſque voluntas & propoſitum ſæpius explorari, & non niſi ſciens & volens, probeque inſtructus, baptizari.*

*At vero, ſi quis, dum inſtruitur, in mortis periculum incidat, baptizarique voluerit, habita ratione periculi vel neceſſitatis baptizetur.*

*Adultorum Baptiſmus, ubi commode fieri poteſt, ad Epiſcopum deferatur, ut, ſi illi placuerit, ab eo ſolemnius conferatur; alioquin Parochus ipſe baptizet, ſtata cærimonia.*

*Decet autem, hujuſmodi Baptiſmum, ex Apoſtolico inſtituto, in Sabbato ſancto Paſchatis vel Pentecoſtes ſolemniter celebrari.*

*Quare, ſi circa hæc tempora Catechumeni ſint baptizandi, in iſtos dies, ſi nihil impediat, Baptiſmum differri convenit.*

*Verum, ſi circa ſeu poſt tempus Pentecoſtes aliqui converſi fuerint, qui ægre ferant, ſuum Baptiſma in longum tempus differri, & ad illud feſtinent, inſtructique ac rite parati eſſe noſcantur, citius baptizari poſſunt.*

*Catechumenus, inſtructus, baptizetur in Eccleſia, ſeu in Baptiſterio. Patrinus ei aſſiſtat; & ipſe Catechumenus ad Sacerdotis interrogationes reſpondeat; niſi mutus fuerit, aut omnino ſurdus, vel ignotæ linguæ; quo caſu vel per Patrinum, ſi illam intelligat, aut alium interpretem, vel nutu, conſenſum explicet ſuum.*

*Pro hujus autem veneratione Sacramenti, tam Sacerdotem, qui adultos baptizabit, quam ipſos adultos qui ſani ſunt, convenit eſſe jejunos.*

*Quare non poſt epulas aut prandia, ſed ante meridiem (niſi*

*ex rationabili cauſa aliter faciendum eſſet) eorum Baptiſma celebretur.*

*Admonendus eſt Catechumenus, ut peccatorum ſuorum pœniteat.*

*Amentes & furioſi non baptizentur, niſi tales à nativitate fuerint: tunc enim de iis idem judicium faciendum eſt, quod de infantibus; atque in fide Eccleſiæ baptizari poſſunt.*

*Sed, ſi dilucida habeant intervalla; dum mentis compotes ſunt, baptizentur, ſi velint. Si vero, antequam inſanirent, ſuſcipiendi Baptiſmi deſiderium oſtenderint, ac vitæ periculum immineat; etiamſi non ſint compotes mentis, baptizentur.*

*Idemque dicendum eſt de eo, qui lethargo aut phreneſi laborat; ut tantum vigilans & intelligens baptizetur; niſi periculum mortis impendeat, ſi in eo prius apparuerit Baptiſmi deſiderium.*

*Sacerdos diligenter curet, ut certior fiat de ſtatu & conditione eorum, qui baptizari petunt, præſertim exterorum. De quibus facta diligenti inquiſitione, num aliàs ac rite ſint baptizati, caveat, ne quis, jam baptizatus, imperitia vel errore, aut ad quæſtum vel ob aliam cauſam, fraude dolove, iterum baptizari velit.*

*Omnes autem, de quibus, re diligenter inveſtigata, probabilis dubitatio eſt an baptizati fuerint, ſi nihil aliud impediat, ſub conditione baptizentur.*

*Hæretici verò, ad Catholicam Eccleſiam venientes, in quorum Baptiſmo debita forma aut materia ſervata non eſt, rite baptizandi ſunt: ſed prius errorum ſuorum pravitatem agnoſcant & deteſtentur, & in fide Catholica diligenter inſtruantur: ubi verò debita forma & materia ſervata eſt, omiſſa tantum ſuppleantur, niſi rationabili de cauſa aliter Epiſcopo videatur.*

*Cæterum, legantur & ſerventur ea, quæ ſupra de Baptiſmo in communi præſcripta ſunt.* Pag. 6.

## Ordo Baptiſmi Adultorum.

*IN primis Sacerdos, paratis his quæ ſupra de obſervandis in adminiſtratione Sacramenti Baptiſmi parvulorum dicuntur, indutus ſuperpelliceo & ſtola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum ſuis Clericis accedit ad gradus altaris, &, genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum digne valeat miniſtrare; &, ad implorandum divinum auxilium, ſurgens, ſe ſignat, &, ſi temporis ratio ferat, dicit:*

Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, *&c.* Sicut erat, *&c.*

*Poſtea incipiat, proſequentibus Clericis, Antiphon.*

Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, dicit Dominus.

*Pſalmus* 8.

DOmine Dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Quoniam elevata eſt magnificentia tua: ſuper cælos.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, propter inimicos tuos: ut deſtruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quid eſt homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulo minus ab Angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi.

Volucres cæli, & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.

Domine Dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Gloria Patri. Sicut erat.

*Pſalmus* 28.

AFferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in atrio ſancto ejus.

Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.

Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis deſertum: & commovebit Dominus deſertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condenſa: & in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: & ſedebit Dominus Rex in æternum.

Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.

Gloria Patri. Sicut erat.

*Pſalmus* 41.

QVemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus?

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei.

In voce exultationis & confeſſionis: ſonus epulantis.

Quare triſtis es,anima mea : & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt : propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à monte modico.

Abyſſus abyſſum invocat : in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua,& fluctus tui: ſuper me tranſierunt.

In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam : & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ : dicam Deo, Suſceptor meus es.

Quare oblitus es mei ? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus ?

Dum confringuntur oſſa mea : exprobraverunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus ? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : ſalutare vultus mei, & Deus meus.
Gloria Patri. Sicut erat.

*Et repetitur Antiphona*, Effundam ſuper vos aquam mundam, *Qua repetita, dicitur :* Kyrie

eleïſon,

eleïſon, Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter. *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia Majeſtatis adorare unitatem: quæſumus, ut ejuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur adverſis.

*Oratio.*

ADeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus; &, quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu.

*Oratio.*

DA, quæſumus Domine, electo noſtro; ut, ſanctis edoctus myſteriis, & renovetur fonte Baptiſmatis, & inter Eccleſiæ tuæ membra numeretur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si plures fuerint baptizandi, hæc tertia Oratio dicatur in numero plurali.*

*Deinde Sacerdos procedit ad fores Eccleſiæ, & ſtat*

*in limine, catechizandus vero extra limen. Et, ſi ſunt plures mares & feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hæ vero ad ſiniſtram ſtatuantur; & Sacerdos interrogat:*

Quo nomine vocaris? Wie heiſſet dein Nam? *Catechumenus reſpondet:* N.

*Sacerdos: N.* Quid petis ab Eccleſia Dei? Waß begerſt du von der Kirchen Gottes? *Reſp.* Fidem. Den Glauben.

*Sacerdos:* Fides quid tibi præſtat? Waß gibt dir der Glaube? *Reſp.* Vitam æternam. Daß ewige Leben.

*Sacerdos:* Si vis habere vitam æternam, ſerva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua; & proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Fides autem eſt, ut unum Deum in Trinitate & Trinitatem in unitate venereris, neque confundendo perſonas, neque ſubſtantiam ſeparando. Alia eſt enim perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus ſancti; ſed horum trium una eſt ſubſtantia, & non niſi una Divinitas.

*Et rurſus interrogat: N.*Abrenuntias Satanæ? N. Widerſagſt du dem Teuffel? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

*Inter-*

*Interrog.* Et omnibus operibus ejus? Vnd allen ſeinen Wercken? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

*Interrog.* Et omnibus pompis ejus? Vnd aller ſeiner Hoffart? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

*Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo fidei, dicens:*

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?

Glaubſt du in Gott Vatter Allmägtigen Schöpffer Himmels vnd der Erden? *Reſp.* Credo. Ich glaub.

*Interrog.* Credis & in Ieſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, natum, & paſſum?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum/ ſeinen einigen Sohn/ vnſern Herꝛn/ der geboren iſt vnd gelitten hat?

*Reſp.* Credo. Ich glaub.

*Interrog.* Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

Glaubſt du auch in den H. Geiſt/ ein Heilige/ allgemeine/ Chriſtlich-Catholiſche Kirchen/ Gemeinſchafft der Heiligen/ Ablaß der Sünden/ Aufferſtehung deß Fleiſches/ vnd ein ewiges Leben?

*Reſp.* Credo. Ich glaub.

*Tunc Sacerdos exſufflat ter in faciem ejus, ſemel dicens:*

Exi ab eo (ea) ſpiritus immunde, & da locum Spiritui ſancto Paraclito.

*Hîc, in modum Crucis, halet in faciem ipſius; & dicat:*

*N.* Accipe Spiritum bonum per iſtam inſufflationem, & Dei benedictionem ✠. Pax tibi. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Deinde facit Crucem cum pollice, in ejus fronte, & in pectore, dicens:*

*N.* Accipe ſignum Crucis, tam in fronte ✠ quam in corde ✠: ſume fidem cæleſtium præceptorum. Talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis: ingreſſuſque (ingreſſaque) Eccleſiam Dei, evaſiſſe te laqueos mortis, lætus (*læta*) agnoſce, (horreſce idola, reſpue ſimulacra,) cole Deum Patrem omnipotentem, & Ieſum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Hîc advertendum eſt, quod dicta verba* (horreſce idola, reſpue ſimulacra,) *dicantur Catechumeno, qui venit de Gentilitatis errore, ſeu de Ethnicis & Idololatris. Catechumeno vero Iudæo, ſive ex Hebræis venienti, loco horum verborum dicatur,* (horreſce Iudaicam perfidiam, reſpue Hebraicam ſuperſtitionem.) *Saraceno autem, vel Turcæ, aut*

*Perſæ, ſive alii ex Mahumetanis ad fidem venienti Catechumeno, loco eorundem verborum dicatur,* (horreſce Mahumeticam perfidiam, reſpue pravam ſectam infidelitatis.)

*At hæretico, ad Catholicam Eccleſiam venienti, qui, ſi in ejus Baptiſmo debita forma ſervata non eſt, baptizari debet, dicatur,* (horreſce hæreticam pravitatem, reſpue nefarias ſectas impiorum.) *Vel exprimatur proprio nomine ſecta, de qua Catechumenus venit.*

*Si plures ſunt Electi, omnia ſupradicta dicuntur ſigillatim ſuper ſingulos.*

Oremus.

TE deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut huic famulo tuo *N.* (famulæ tuæ *N.*) qui (quæ) in hujus ſæculi nocte vagatur incertus ac dubius, (incerta ac dubia) viam veritatis & agnitionis tuæ jubeas demonſtrari: quatenus, reſeratis oculis cordis ſui, te unum Deum, Patrem in Filio, & Filium in Patre cum Spiritu ſancto, recognoſcat, atque hujus confeſſionis fructum & hic & in futuro ſæculo percipere mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si plures fuerint, præcedens Oratio dicatur in numero plurali, & in genere ſuo.*

*Deinde*

*Deinde ſignet illum ſigno Crucis cum pollice in fronte, dicens:*

Signo tibi frontem ✠, ut ſuſcipias Crucem Domini.

*In auribus.* Signo tibi aures ✠, ut audias divina præcepta.

*In oculis.* Signo tibi oculos ✠, ut videas claritatem Dei.

*In naribus.* Signo tibi nares ✠, ut odorem ſuavitatis CHRISTI ſentias.

*In ore.* Signo tibi os ✠, ut loquaris verba vitę.

*In pectore.* Signo tibi pectus ✠, ut credas in Deum.

*In ſcapulis.* Signo tibi ſcapulas ✠, ut ſuſcipias jugum ſervitutis ejus.

*In toto corpore, illud non tangens, manu producit ſignum Crucis, & dicit:*

Signo te totum, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ſancti ✠, ut habeas vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Si plures ſint Electi, præcedentes Orationes & Exorciſmi dicantur in numero plurali, & genere ſuo. Signationes autem fiant & illarum verba dicantur ſingula ſingulis.*

Oremus.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi, & hunc electum tuum *N.*

(ele-

(electam tuam *N.*) Crucis Dominicæ, cujus impreſſione eum (eam) ſignamus, virtute cuſtodi, ut, magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DEus, qui humani generis ita es conditor, ut ſis etiam reformator; propitiare populis adoptivis, & novo teſtamento ſobolem novæ prolis adſcribe, ut filii promiſſionis, quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Tunc imponit manum ſuper caput electi, & dicit:*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere digneris ſuper hunc famulum tuum *N.* quem (hanc famulam tuam *N.* quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo (ea) expelle, diſrumpe omnes laqueos ſatanæ, quibus fuerat colligatus: (colligata:) aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut, ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, (imbuta,) omniũ cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuavem

odorem præceptorum tuorum, lætus (læta) tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (idonea) efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, percepta medicina. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si plures ſint, hæc & præcedens Oratio*, Preces noſtras, *dicantur in numero plurali.*

*Deinde Sacerdos benedicit ſal.*

*Benedictio ſalis, dandi Catechumeno.*

Exorcizo te, creatura ſalis, *&c. ut in Ordine* Pag. 16. *Baptiſmi parvulorum.*

*Tunc pollice & indice accipit de ipſo ſale, & immittit in os Catechumeni, dicens:* N. Accipe ſal ſapientiæ; propitiatio tibi ſit in vitam æternam. *Reſp.* Amen. *Sacerdos:* Pax tibi. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus patrum noſtrorum, Deus univerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum *N.* (hanc famulam tuam *N.*) reſpicere digneris propitius, &, hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quò minùs cibo expleatur cæleſti; quatenus ſit ſemper ſpiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſerviens. Perduc eum (eam) Domine, quæſumus,

ad novæ regenerationis lavacrum, ut, cum fidelibus tuis, promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si plures ſint, dicatur ſingulis:* N. Accipe ſal, *&c. & præcedens Oratio,* Deus patrum noſtrorum, *in numero plurali.*

*Quod ſi Catechumenus fuerit Gentilis, ſeu ex Idololatris venerit ad fidem; benedicto ſale, priuſquam ejus medicinam guſtet, Sacerdos addat ſequentem Orationem, dicens:*

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, qui eras, & qui permanes uſque in finem; cujus origo neſcitur, nec finis comprehendi poteſt: te ſupplices invocamus ſuper hunc famulum tuum *N.* quem (hanc famulam tuam *N.* quam) liberaſti de errore gentilium, & converſatione turpiſſima: dignare exaudire eum qui (eam quæ) tibi cervices ſuas humiliat ad lavacri fontem, ut, renatus (renata) ex aqua & Spiritu ſancto, exſpoliatus (exſpoliata) veterem hominem, induat novum, qui ſecundum te creatus eſt; accipiat veſtem incorruptam & immaculatam, tibique Deo noſtro ſervire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si plures ſint, præcedens Oratio dicatur in numero plurali. Deinde Sacerdos dicat ſuper maſculum tantum:*

Ora Electe, flecte genua, & dic, Pater noſter. *Si neſciat Latinum:* Außerwehlter/knie nider/vnd bette das Heilige Vatter vnſer. *Et Electus genu flexo orat; & dicit,* Pater noſter. *Et, cum oraverit, & dixerit,* Pater noſter, *uſque ad,* Sed libera nos à malo, *incluſive; Sacerdos ſubjungit:* Leva, comple orationem tuam, & dic, Amen. Stehe auff/ vollende dein Gebett/vnd ſprich: Amen. *Et ille reſpondet,* Amen. *Et Sacerdos dicit Patrino:* Signa eum. Bezeichnet jhne mit dem Heiligen Creutz. *Deinde Electo:* Accede. Komme herby. *Et Patrinus pollice ſignat eum in fronte, dicens:* In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. In Namen Gottes des Vatters / vnd des Sohns / vnd des Heiligen Geiſtes. *Tum quoque Sacerdos facit Crucem in fronte ejus, ita dicendo:* In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

*Et imponit manum ſuper eum, & dicit:*

Oremus.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob; Deus, qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſraël de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quæ-

quæſumus, Domine, ut mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui ſimiliter cuſtodiat & hunc famulum tuum *N.* (hanc famulam tuam *N.*) & perducat eum (eam) ad gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

EXORCISMVS.

ERgo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio ejus, & Spiritui ſancto: & recede ab hoc famulo Dei *N.* (hac famula Dei *N.*) quia iſtum (iſtam) ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuam ſanctam gratiam fontemque Baptiſmatis, vocare dignatus eſt: & hoc ſignum ſanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Sed, ſi plures ſint Catechumeni, hîc, & in ſequentibus, Sacerdos dicat in numero plurali:* Orate Electi, flectite genua, *&c. ut ſupra, uſque ad finem præcedentis Exorciſmi, qui incipit:* Ergo maledicte diabole. *Pag.* 44.

*Item ſuper unum ſecundo dicat:* Ora Electe, flecte genua, & dic, Pater noſter *& reliqua ut*

Pag. 44. *ſupra, uſque ad Orationem,* Deus Abraham, *excluſive.*

*Deinde imponit manum ſuper eum, ac dicit:*

Oremus.

DEus, immortale præſidium omnium poſtulantium, liberatio ſupplicum, pax rogantium, vita credentium, reſurrectio mortuorum; te invoco ſuper hunc famulum tuum *N.* qui (hanc famulam tuam *N.* quæ) Baptiſmi tui donum petens, æternam conſequi gratiam ſpirituali regeneratione deſiderat: accipe eum (eam) Domine; &, quia dignatus es dicere, Petite & accipietis, quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis; petenti præmium porrige, & januam pande pulſanti, ut, æternam cæleſtis lavacri benedictionem conſecutus, (conſecuta,) promiſſa tui muneris regna percipiat. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

EXORCISMVS.

AVdi, maledicte Satana, adjuratus per nomen æterni Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Filii ejus; cum tuâ victus invidiâ tremens gemenſque diſcede; nihil tibi ſit commune cum ſervo (ſerva) Dei *N.* jam cæleſtia cogitante, renunciaturo (renunciatura) tibi, &

ſæculo

ſæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro. (victura.) Da igitur honorem advenienti Spiritui ſancto, qui, ex ſumma cæli arce deſcendens, proturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgatum pectus, ſanctificatū Deo templum & habitaculum perficiat, ut ab omnibus penitus noxiis præteritorum criminum liberatus ſervus Dei, (liberata famula Dei,) gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomen ſanctum ejus in ſæcula ſæculorū. *Reſp.* Amen.

*Item, ſuper unum maſculum, tertio dicat, ut ſupra:* Pag. 44.
Ora Electe, flecte genua, & dic, Pater noſter, *&c. uſque ad Orationem*, Deus Abraham, *excluſive. Deinde ponit manum ſuper eum, dicens:*

E X O R C I S M V S.

EXorcizo te, immunde ſpiritus, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ ſancti, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei: ipſe enim tibi imperat, maledicte diabole atque damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

E X O R C I S M V S.

Ergo, maledicte diabole, *&c. & repetit totum,* Pag. 45.
*ut ſupra habetur. Super feminam vero Sacerdos dicit:* Ora Electa, flecte genua, & dic, Pater noſter, *&c. ut ſupra, uſque ad Orationem*, Deus Abraham, Pag. 44.
*excluſive. Deinde imponit manum ſuper eam & dicit:*

Oremus.

## Oremus.

DEus cæli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viventium, Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: te invoco, Domine, ſuper hanc famulam tuam *N.* ut eam cuſtodire, & perducere digneris ad gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde dicatur Exorciſmus:* Ergo, maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, *&c. ut ſupra.* Pag. 45.

*Si plures fuerint feminæ Catechumenæ, hîc & in ſequentibus Sacerdos dicat in numero plurali:* Orate Electæ, flectite genua, & dicite, Pater noſter. *& reliqua, ut ſupra; uſque ad Orationem,* Deus Abraham, *excluſive.* Pag. 44.

*Deinde imponit manum ſuper capita ſingularum, & poſtea in eodem numero plurali dicit Orationem,* Deus cæli, Deus terræ, *&c. & Exorciſmum,* Ergo maledicte diabole, *&c. ut ſupra.* Pag. 45.

*Interim ſuper unam tantum, ſecundo & tertio repetit:* Ora Electa, flecte genua, & dic, Pater noſter. *& reliqua ut ſupra; uſque ad finem Orationis* Deus Abraham. Pag. 44.

*Qua finitâ, imponit manum ſuper caput ejus, & poſt tertiam ſignationem dicit:*

EXORCISMVS.

EXorcizo te, immunde ſpiritus, per Patrem ✠, & Filium ✠, & Spiritum ✠ ſanctum, ut exeas, & recedas ab hac famula Dei *N.* Ipſe enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitavit. Ergo maledicte diabole, *&c. totum, ut ſupra.* Pag. 45.

*Super utrumque, ſive maſculum ſive feminam, imponit manum ſuper caput ejus, & dicit:*

Oremus.

ÆTernam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, autor luminis & veritatis, ſuper hunc famulum tuum *N.* (hanc famulam tuam *N.*) ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ; munda eum (eam) & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut dignus (digna) efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus (apta) ſit ad percipiendam gratiam tuam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si plures fuerint Electi, ſive mares ſive feminæ, præcedentes Orationes & Exorciſmi dicantur in*

*numero plurali, & in genere proprio, ut ſuperiùs dictum eſt.*

*His peractis, Sacerdos, ſiniſtra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem ſtolæ, introducit eum in Eccleſiam, dicens:*

N. Ingredere in ſanctam Eccleſiam Dei, ut accipias benedictionem cæleſtem à Domino Iesu Chriſto, & habeas partem cum illo & ſanctis ejus. *Reſp.* Amen.

*Si plures fuerint, dicat in numero plurali:* Ingredimini in ſanctam Eccleſiam Dei, *&c. Et introducat eos, ut ſupra.*

*Et ingreſſus Electus, procumbit ſeu proſternit ſe in pavimento, & adorat.*

*Deinde ſurgit, & Sacerdos imponit manum ſuper caput ejus, & Electus cum eo recitat Symbolum Apoſtolorum & Orationem Dominicam.*

*Ita etiam, ſi plures fuerint, omnes ſurgunt, & ſimul recitant:*

Credo in Deum, *&c. Et, pro ignorantia linguæ Latinæ, Germanice, ut ſupra.* Pater noſter, *&c.* Pag. 19.

*Tunc rurſus Sacerdos imponat manum ſuper caput Electi, & dicat:*

## Exorcismus.

NEc te latet, Satana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi

diem judicii, diem ſupplicii ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atque univerſis angelis tuis præparatus ſempiternus erit interitus. Proinde, damnate atque damnande, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Ieſu Chriſto, Filio ejus, da honorem Spiritui ſancto Paraclito, in cujus nomine atque virtute præcipio tibi, quicumque es, ſpiritus immunde, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei *N.* (hac famula Dei *N.*) quem (quam) hodie idem Deus & Dñs noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque baptiſmatis, dono vocare dignatus eſt, ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum. In nomine ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Similiter, ſi plures fuerint, imponit manum ſuper capita ſingulorum, & dicit eundem Exorciſmum in numero multitudinis, & genere ſuo.*

*Poſtea Sacerdos pollice accipit de ſaliva oris ſui, & tangit aures & nares Electi; tangendo vero aurem dextram & ſiniſtram, dicat:*

Ephpheta, quod eſt, Adaperire. *Deinde, tangendo nares, dicat:* In odorem ſuavitatis. *& ſubdit:*

Tu autem effugare, diabole; appropinquabit enim judicium Dei. *Deinde interroget Electum:* Qui vocaris? Wie heiſſeſt du? *Et ille reſpondet:* N.

*Interrog.* N. Abrenuntias Satanæ? N. Widerſagſt du dem Teufel? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

*Interrog.* Et omnibus operibus ejus? Und allen ſeinen Wercken? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

*Interrog.* Et omnibus pompis ejus? Und aller ſeiner Hoffart? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

*Tunc Sacerdos intingit pollicem dextræ manus in Oleo ſancto Catechumenorum, & inungit Electum, primum in pectore, deinde inter ſcapulas, in modum Crucis, dicens:* Ego te linio ✠ Oleo ſalutis in Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro, in vitam æternam. *Reſp.* Amen. *Tum:* Pax tibi. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Mox bombacio, vel re ſimili, tergit pollicem, & loca inuncta; & ſubjungit, dicens:* Exi, immunde ſpiritus, & da honorem Deo vivo & vero. Fuge, immunde ſpiritus, & da locum Ieſu Chriſto, Filio ejus. Recede, immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto Paraclito.

*Quando plures ſunt Electi, idem fit circa ſingulos eorum. Et ducitur Electus ad Baptiſterium: ubi ſi ob aliquam cauſam non habeatur ſive præparata non fuerit aqua baptiſmalis, fiat benedictio fontis, ut infra ponitur: &, cum fuerit prope fontem, Sacerdos, depoſita violacea & aſſumpta albi coloris ſtola, interrogat:*

Qui vocaris? Wie heiſſeſt du? *Reſpondet:* N.

*Interrog.* N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?

N. Glaubſt du in Gott Vatter Allmächtigen/ Schöpffer Himmels vnd der Erden? *Reſp.* Credo. Ich glaub.

*Interrog.* Credis & in Ieſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, natum, & paſſum?

N. Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum/ ſeinen einigen Sohn/ vnſern Herrn/ der geboren iſt vnd gelitten hat? *Reſp.* Credo. Ich glaub.

*Interrogat:* Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

N. Glaubſt du auch in den Heiligen Geiſt/ Ein Heilige allgemeine Chriſtliche Catholiſche Kirchen/ Gemeinſchafft der Heiligen/ Ablaß der Sünden/ Aufferſtehung des Fleiſches/ Vnd ein ewiges Leben? *Reſp.* Credo. Ich glaub.

*Iterum interrogat, dicens:* N. Quid petis? N. Waß begerſt du? *Reſp.* Baptiſmum. Den H. Tauff.

*Interrogat:* N. Vis baptizari? N. Wilſt du getaufft werden? *Reſp.* Volo. Ich will.

*Tunc Patrino, vel Matrina, vel utroque (ſi ambo admittuntur,) admota manu, tenente ſeu tangente Electum, vel Electam, aperto capite & laxatis à collo veſtibus inclinatum; Sacerdos vaſculo ſeu urceolo hau-*

*rit aquam Baptiſmalem de Fonte, & cum ea, ſub trina ſupra caput in modum Crucis infuſione, baptizet Electum, ſeu Electam, in nomine SS. Trinitatis, ſic dicens:*

N. Ego te baptizo in nomine Patris ✠, *fundat primo*; & Filii ✠, *fundat ſecundo*; & Spiritus ✠ ſancti, *fundat tertio. Reſp.* Amen.

*Si aqua, quæ ex capite Baptizati defluit, non dilabitur in Sacrarium Baptiſterii, recipiatur in ſubjecta aliqua pelvi, & in illud poſtmodum projiciatur. Cum plures ſunt Electi, ſigillatim ſinguli interrogantur, & baptizantur, ut ſupra: ſi ſunt mares & feminæ, primum mares, deinde feminæ. Verum, ſi probabiliter dubitetur, an Electus fuerit aliàs baptizatus, dicat Sacerdos:*

Si non es baptizatus, (baptizata,) ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti.

*Deinde Sacerdos intingat pollicem dextrum in ſacrum Chriſma, & perungat verticem Electi in modum Crucis, dicens:*

DEus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum, ipſe te liniat Chriſmate ſalutis ✠ in eodem Chriſto Ieſu Domino noſtro, in vitam æternam. *Reſp.* Amen.

men. *Verſ.* Pax tecum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Tunc bombacio, vel re ſimili, pollicem tergit; & imponit capiti Electi chriſmale, ſeu candidum linteolum, & dat illi veſtem candidam, dicens:*

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut habeas vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Et Electus deponit priores veſtes, & induitur novis albi coloris, vel ſaltem exteriore candidâ, quam à Sacerdote accepit. Poſtea dat ei Sacerdos cereum ſeu candelam accenſam in manu dextrâ, dicens:*

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum, ſerva Dei mandata, ut, cum Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei in aula cæleſti, in vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Ipſe vero Neophytus eundem cereum accenſum manibus teneat uſque in finem, præterquam dum Confirmatur.*

*Poſtea dicat:* N. Vade in pace; & Dominus ſit tecum. *Reſp.* Amen.

*Si adſit Epiſcopus, qui id legitime præſtare poſſit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initiantur: deinde, ſi hora congruens fuerit, celebratur Miſſa; cui Neophyti interſunt, & ſanctiſſimam Euchariſtiam devote ſuſcipiunt.*

## Ordo ſupplendi omiſſa ſuper baptizatum.

*CVm, urgente mortis periculo, vel alia cogente neceſsitate, ſive parvulus ſive adultus, ſacris precibus ac cærimoniis prætermiſsis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel ceſſaverit periculum, & ad Eccleſiam delatus fuerit, omiſſa omnia ſuppleantur: idemque ordo ac ritus ſervetur, qui in Baptiſmo parvulorum (ſi fuerit parvulus,) ſeu adultorum (ſi fuerit adultus) præſcriptus eſt. Excepto, quod interrogatio, an velit baptizari, formaque Baptiſmi, & ablutio, prætermittuntur: & quædam Orationes & Exorciſmi, ſuo quique loco immutati, ut infra, dicuntur.*

*His igitur ſuppoſitis & omnibus, quæ ſuprà annotata ſunt, rite paratis, Sacerdos, accepto Baptizati nomine, in hunc modum interrogando procedit:* *A pag. 6 uſque ad 14.*

N. Quid petis ab Eccleſia Dei? Was begerſt du van der Kirchen Gottes? *Patrinus reſpondet:* Fidem. Den Glauben. *Sacerdos:* Fides quid tibi præſtat? Waß gibt dir der Glaube? *Patrinus reſpondet:* Vitam æternam. Das ewige Leben.

*Sacerdos:* Si igitur vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum.

*Deinde ter exſufflet leniter in faciem infantis, & dicat ſemel:* Exi ab eo, (ab ea,) immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto Paraclito. *Poſtea pollice faciat ſignum Crucis in fronte & in pectore infantis, dicens:* Accipe ſignum Crucis

tam

tam in fronte ✠, quam in corde ✠; ſume fidem cæleſtium præceptorum, & talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis.

Oremus.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: & hunc Electum tuum *N.* (hanc Electam tuam *N.*) Crucis Dominicæ impreſſione ſignatum (*ſignatam,*) perpetua virtute cuſtodi, ut, magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde, imponens manum ſuper caput Baptizati, dicit:*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti; reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum *N.* (hanc famulam tuam *N.*) quem (quam) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo (ea) expelle; disrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus: (colligata:) aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, (imbuta,) omnium cupiditatum fætoribus careat, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum, læ-

tus (læta) tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (idonea) ſit frui gratia baptiſmi tui, quem ſuſcepit, ſalis percepta medicina. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde, poſteaquam modicum ſalis immiſit in os baptizati, dicens:* Accipe ſalem ſapientiæ; propitiatio ſit tibi in vitam æternam. *Reſp.* Amen. *dicit:* Oremus.

DEus patrum noſtrorum, Deus univerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum *N.* (hanc famulam tuam *N.*) reſpicere digneris propitius, &, hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutiùs eſurire permittas, quò minùs cibo expleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſerviens; &, quem (quam) ad novæ regenerationis lavacrum perduxiſti, quæſumus Domine, ut cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

EXORCISMVS.

EXorcizo te, immunde ſpiritus, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ſancti ✠, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei *N.* (hac famula Dei *N.*) Ipſe enim tibi imperat, male-

dicte, damnate, qui pedibus ſuper mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Ieſu Chriſto, Filio ejus, & Spiritui ſancto; & recede ab hoc famulo Dei *N.* (ab hac famula Dei *N.*) quia iſtum (iſtam) ſibi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque Baptiſmatis, vocare dignatus eſt.

*Hic pollice in fronte ſignat infantem, dicens:*

Et hoc ſignum ſanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Mox imponit manum ſuper caput infantis, ac dicit:*

Oremus.

ÆTernam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, autor luminis & veritatis, ſuper hunc famulum tuum *N.* (ſuper hanc famulam tuam *N.*) ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum (eam) & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut dignus (digna) ſit frui gratia Baptiſmi tui, quem ſuſcepit; teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut aptus (apta) ſit ad retinendam gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Poſtea Sacerdos imponit extremam partem ſtolæ ſuper infantem, & introducit eum in Eccleſiam, dicens:*

*N.* Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Chriſto, in vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Cum fuerint Eccleſiam ingreſſi, Sacerdos, procedens ad locum ubi parata ſunt ſacra Olea, cum ſuſceptoribus conjunctim clarâ voce dicit:*

Credo in Deum, *&c.* Pater noſter, *&c. uti ſupra.*

*Pag. 19 & 20.*

*Quibus finitis, dicat ſequentem Exorciſmum:*

EXorcizo te, omnis ſpiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in nomine Ieſu Chriſti Filii ejus, Domini & Iudicis noſtri ✠, & in virtute Spiritus ſancti ✠, ut diſcedas ab hoc plaſmate Dei *N.* quod Dominus noſter ad templum ſanctum ſuum vocare dignatus eſt, ut fiat templum Dei vivi, & Spiritus ſanctus habitet in eo. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Poſtea Sacerdos digito accipiat de ſaliva oris ſui, &*

*tangat aures & nares infantis : tangendo verò aurem dexteram & ſiniſtram, dicat :*

Ephpheta, quod eſt, Adaperire. *deinde tangat nares, dicens :* In odorem ſuavitatis. Tu autem effugare, diabole; appropinquabit enim judicium Dei.

*Poſtea interrogat Baptizatum nominatim, dicens:*

*N.* Abrenuntias Satanæ? N. Widerſagſt du dem Teuffel? *Reſp. Patrinus:* Abrenuntio. Ich widerſag.

Et omnibus operibus ejus? Und allen ſeinen Wercken? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

Et omnibus pompis ejus? Und aller ſeiner Hoffart? *Reſp.* Abrenuntio. Ich widerſag.

*Hîc intingens Sacerdos pollicem in Oleum Catechumenorum, faciet Crucem in pectore infantis, dicens :* Ego te linio ✠ Oleo ſalutis,

*& ſtatim faciet etiam Crucem inter ſcapulas, dicendo :* in Chriſto ✠ Ieſu Domino noſtro, ut habeas vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Subinde pollicem & inuncta loca abſtergit bombacio, vel re ſimili; eumque in ſacro Chriſmate intingens, ungit infantem in ſummitate capitis, in modum Crucis, dicens :*

DEus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneravit ex aquâ & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum, (*hic inungit*,)

ipſe te liniat ✠ Chriſmate ſalutis in eodem Chriſto Ieſu Domino noſtro, in vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Tum iterum bombacio, aut re ſimili, abſtergit pollicem ſuum, & locum inunctum; & imponit capiti ejus linteolum candidum loco veſtis albæ, dicens:*

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut habeas vitam æternam. *Reſp.* Amen.

*Poſtea dat ei, vel Patrino, candelam accenſam, dicens:*

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum: ſerva Dei mandata, ut, cum Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei, una cum omnibus Sanctis, in aula cæleſti, habeaſque vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Poſtremo dicit:* N. Vade in pace, & Dominus ſit tecum. *Reſp.* Amen.

*In Baptiſmo autem adultorum, præter illa quæ ſupra notata ſunt, quando ſupplentur omiſſa, hæc mutari debent. Primum, in Exorciſmo,* Audi maledicte Satana, *ubi dicitur* (habitaculum perficiat) *dicatur,* habitaculum perfecit. *Deinde in Exorciſmo,* Nec te latet, *ubi dicitur* (ut fiat) *dicatur,* ut fieret.

## Ritus, ſervandus, cum Epiſcopus baptizat.

*SI Epiſcopus parvulos vel adultos baptizare voluerit, parantur & ſervantur omnia, ut ſuperiùs de ordine Baptiſmi dictum eſt, atque hæc præterea, quæ infra notantur.*

*Adſint Capellani, vel alii Presbyteri & Clerici, ſuperpelliceis induti, qui ei aſſiſtant ac miniſtrent.*

*Ipſe vero ſuper rochetum, accipiat albam, & cingulum, & ſtolam, & pluviale violacei coloris, ac mitram: atque ita paratus cum miniſtris procedat ad Baptiſmi miniſterium. Et, dum interrogat:* N. Quid petis ab Eccleſia DEI? *ac, dum facit reliquas interrogationes, ſedet cum mitra: cum vero exſufflat, dicendo*, Exi ab eo, immunde ſpiritus; *ſurgit cum mitra. Rurſus ſedet, cum ſignat Catechumenum ſigno Crucis in fronte & pectore, vel dicit:* Accipe ſignum Crucis, *&c. Et, cum dicit Orationes quæ præcedunt vel ſequuntur benedictionem ſalis, ſurgit, depoſita mitra: ſimiliter, cum ipſum ſalem benedicit. Cum autem ſalem benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit & ſedet. Cum verò legit Exorciſmos, & dum, ſaliva aures & nares Catechumeni tangens, dicit*, Ephpheta, *ac dum introducit eum in Eccleſiam, ſtat cum mitra. Cum autem dicit,* Credo in DEUM Patrem, *&c.* & Pater noſter, *ſuper Catechumenum, ſtat ſine mitra. Sed cum nomen*

*men quærit, & interrogat:* N. Abrenuntias Satanæ, *&c. & baptizandum, Oleo ſacro, in pectore & inter ſcapulas, inungit; & ſedet cum mitra: quo facto, accipit ſtolam, & pluviale album. Et, cum rurſus interrogat de fide,* Credis in Deum, *&c.* Vis baptizari, *&c. & cum baptizat per infuſionem, ſedet cum mitra. Si vero baptizat per immerſionem, mitram retinens, ſtare debet.*

*Cum demum Chriſmate verticem baptizati linit, & dat ei veſtem candidam, & candelam accenſam, ac dicit,* Vade in pace, *&c. ſedet cum mitra.*

*Quæ omnia pro faciliori Baptizantium commoditate ſuperius, in Baptiſmo parvulorum, in margine ſunt annotata.*

*Pag. 14 & ſeqq. uſque ad 28.*

*Si autem Pontifex quempiam, à Presbytero jam catechizatum, tantum baptizare voluerit, ſic paratus veſtibus albis incipiat, poſtquam ad Baptiſterium deventum fuerit, dicens:* Quo nomine vocaris? *Reſp.* N. *Epiſcopus interrogat:* N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, *&c. & proſequitur uſque in finem, juxta Ordinem Baptiſmi, ut ſupra.*

*Pag. 24.*

## Benedictio Fontis Baptiſmi extra Sabbatum Paſchæ & Pentecoſtes, cùm aqua conſecrata non habetur.

P*Rimum, lavatur & mundatur vas baptiſterii, deinde limpidâ aquâ repletur. Tum Sacerdos cum ſuis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, Cruce, &*

*duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo & incenſo, & cum vaſculis Chriſmatis & Olei Catechumenorum, deſcendit ad Fontem, & ibi, vel ante Altare Baptiſterii, dicit Litaniam ordinariam, prout habetur infra poſt ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.* Pag. 146.

*Et ante Verſ.* Vt nos exaudire digneris, *dicat, & ſecundo repetat, ſequentem verſum:*

Vt fontem iſtum, ad regenerandam tibi novam prolem, benedicere ✠ & conſecrare ✠ digneris, Te rogamus audi nos.

*Poteſt etiam dici Litania brevior, ut in Miſſali, in Sabbato ſancto, prout habetur infra: &, dicto ultimo* Pag. Kyrie eleïſon, *Sacerdos dicat*, Pater noſter, & Credo in Deum, &c. *omnia clarâ voce: quibus finitis, dicat Verſ.* Apud te, Domine, eſt fons vitæ. *Reſp.* Et in lumine tuo videbimus lumen. *Verſus.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuæ myſteriis, adeſto Sacramentis, & ad recreandos novos populos, quos tibi fons Baptiſmatis parturit, Spiritum adoptionis emitte; ut, quod noſtræ humilitatis gerendum eſt miniſterio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum noſtrum

Ieſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Exorciſmus aquæ.*

EXorcizo te creatura aquæ, per DEUM vivum ✠, per DEUM verum ✠, per DEUM ſanctum ✠, per DEUM qui te, in principio, verbo ſeparavit ab arida, cujus ſuper te ſpiritus ferebatur, qui te de paradiſo manare juſſit,

*Hîc manu aquam dividat, & deinde de ea effundat extra marginem Fontis verſus quatuor Orbis partes, proſequens:*

& in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit, qui te in deſerto amaram per lignum dulcem fecit atque potabilem, qui te de petra produxit, ut populum, quem ex Ægypto liberaverat, ſiti fatigatum recrearet. Exorcizo te & per Ieſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum; qui te in Cana Galilææ, ſigno admirabili, ſuâ potentiâ convertit in vinum; qui ſuper te pedibus ambulavit, & à Ioanne in Iordane in te baptizatus eſt; qui te unà cum ſanguine de latere ſuo produxit, & diſcipulis ſuis juſſit, ut credentes baptizarent in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine

Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: ut efficiaris aqua ſancta, aqua benedicta, aqua quæ lavat ſordes, & mundat peccata. Tibi igitur præcipio, omnis ſpiritus immunde, omne phantaſma, omne mendacium; eradicare & effugare ab hac creatura aquæ, ut, qui in ipſa baptizandi erunt, fiat eis fons aquæ ſalientis in vitam æternam, regenerans eos Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in nomine ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, aquarum ſpiritualium ſanctificator; te ſuppliciter deprecamur, ut ad hoc miniſterium humilitatis noſtræ reſpicere digneris, & ſuper has aquas, abluendis & purificandis hominibus præparatas, Angelum ſanctitatis emittas, quo, peccatis vitæ prioris ablutis, reatuque deterſo, purum ſancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Tunc ſufflet ter in aquam verſus tres partes, ſe-*

*cundum hanc figuram ✠: deinde imponit incenſum in thuribulo, & fontem incenſat: poſtea, infundens de Oleo Catechumenorum in aquam, in modum Crucis, clarâ voce dicit:*

Sanctificetur & fecundetur Fons iſte Oleo ſalutis renaſcentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ſancti ✠. *Reſp.* Amen.

*Deinde infundit de Chriſmate, modo, quo ſuprà, dicens:*

Infuſio Chriſmatis Domini Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti Paracliti, fiat in nomine ſanctæ Trinitatis. *Reſp.* Amen.

*Poſtea accipit ambas ampullas dicti Olei ſancti & Chriſmatis; &, de utroque ſimul in modum Crucis infundendo, dicit:*

Commixtio Chriſmatis ſanctificationis, & Olei unctionis, & aquæ Baptiſmatis, pariter fiat, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ſancti ✠. *Reſp.* Amen.

*Tum depoſitâ ampullâ, dexterâ manu Oleum ſanctum & Chriſma infuſum miſcet cum aqua, & ſpargit per totum Fontem. Deinde medullâ panis manum tergit; &, ſi quis baptizandus eſt, eum baptizat, ut ſupra. Quod ſi neminem baptizat, ſtatim manus abluat; & ablutio effundatur in ſacrarium.*

# DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS,

## Quod A PAROCHIS Populo proponendum.

*QVoniam ii, qui per Baptiſmum Chriſtiani facti, ſunt adhuc imbecilli in ſpirituali certamine, viriliter pugnare nequeunt; Chriſmatis tamen Sacramento, quo Spiritus ſanctus in corda fidelium ſe infundit, in gratia corroborantur, & tanquam fortes Chriſti milites, adverſus omnes carnis, mundi, & diaboli impetus armantur: ob eam cauſam Sacramentum hoc Confirmatio appellatur. Et, licet ritus, quo adminiſtrari ſolet, ex Pontificali Romano peti debeat, cum juxta SS. Tridentini Concilii doctrinam, ſolus Epiſcopus ſit ejuſdem ordinarius Miniſter;* Seſſ. 7. can. 3. de Confirm. *ut tamen hac in re, Synodalium noſtrarum Conſtitutionum veſtigiis inhærendo, etiam Parochos officii ſui admoneremus; idcirco omnia, quæ ab eiſdem, de natura, dignitate & effectu hujus Sacramenti, tempore competenti, populis ſuis proponenda & explicanda ſunt, ex Catechiſmo potiſſimum Romano & aliis probatis Autoribus excerpta, ſubnectere placuit.*

*Confirmatio ſic definiri poteſt.* Eſt novæ legis Sacramentum, quo baptizatus homo, ex Chriſti inſtitutione, per Chriſmatis in fronte unctionem, ſub præſcripta verborum forma ab Epiſcopo factam, ſpiritualis gratiæ augmentum ac robur accipit.

*Materia hujus Sacramenti, eſt Chriſma, quod ex oleo & balſamo, ſolemni Epiſcopi conſecratione, conficitur, atque id non omni & quovis tempore, ſed ſtato ſacro ſolemnique die Cœnæ Domini.*

*Oleum, quod pingue eſt & naturâ ſuâ diffluit, gratiæ plenitudinem exprimit: quæ per Spiritum ſanctum à Chriſto capite in alios redundat atque effunditur.*

*Balſamum verò, cujus odoratus jucundiſſimus eſt, & præterea eam vim habet, ut, quidquid eo circumlitum fuerit, puteſcere non ſinat, ſignificat ſuavitatem virtutum, quæ in hoc Sacramento conferuntur, quibus fideles à peccatorum ſordibus præſervati, & ab omni ſcelerum contagione defenſi, odorem bonæ vitæ cum proximorum ædificatione diffundunt.*

*Et quoniam Dominus hanc Confirmationis materiam uſu ipſo & tractatione non ſacravit, quemadmodum aquam, cum ipſe baptizatus eſt, ſacratiſſimi corporis ſui contactu ſanctificaſſe perhibetur; ideo neceſſarium eſt ut ſanctis & religioſis precationibus conſecretur: neque ad alium ea confectio, niſi ad Epiſcopum, pertinere poteſt, qui ejuſdem Sacramenti ordinarius Miniſter inſtitutus eſt.*

*Forma ſunt hæc verba, ab Epiſcopo, dum Baptizati frontem inungit, prolata:* N. Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

*Tria proinde ſunt in hoc Sacramento, quæ continentur in forma prædicta. Quorum primum eſt, cauſa principalis, conferens plenitudinem roboris ſpiritualis; quæ eſt ſancta Trinitas, & exprimitur, cum dicitur, in nomine Patris, &c. Secundum, eſt ipſum robur ſpirituale, quod per ſacram unctionem fidelibus ad ſalutem tribuitur: quod quidem tangitur, cum dicitur; confirmo te Chriſmate ſalutis. Tertium eſt ſignum, quod pugnatori datur: ſicut & in pugna corporali milites inſigniis ducum inſigniuntur: & quantum ad hoc, dicitur; ſigno te ſigno Crucis; in quo ſcilicet Rex noſter triumphavit.*

*Inprimitur autem hoc ſignum Crucis ideo in fronte, ut inſtruatur Chriſtianus homo, ſe neque verecundia, quæ in fronte maxime elucet, neque metu, neque periculo alio, perterreri unquam debere,*

quin

*quin palam & libere Ieſum Chriſtum, ignominioſe pro peccatis noſtris Cruci affixum, & omnem ejus doctrinam, confiteatur.*

*Præter Characterem, indelebiliter in anima Confirmati impreſſum, eſt etiam hujus Sacramenti effectus, augmentum & perfectio vitæ ſpiritualis: in Confirmatione enim perficitur & augetur gratia, quæ in Baptiſmate collata eſt, adeo ut quis, timore & pudore depoſito, gaudeat, etiam pro nomine Ieſum contumeliam pati. Exemplum illuſtre nobis eſſe poſſunt ſancti Apoſtoli: qui antea quidem imbecilles timidique clauſis ædibus ſe continebant, ſed, ubi poſtea, die ſacro Pentecoſtes, Spiritum ſanctum acceperunt, facti ſunt viri fortes, conſtantiſſimi, atque ad omne certamen & pugnam pro fidei confeſſione & propagatione expeditiſſimi; ita ut, ſummâ Apoſtolicæ virtutis contentione, univerſum Orbem terrarum, brevi, etiam repugnantibus importuniſſimis hoſtibus, Euangelii luce colluſtrarint.*

*Ad ritus & cærimonias hujus Sacramenti quod ſpectat, Patrinus adhibetur, ut ſciat Chriſtianus, ſe, Spiritus ſancti gratiâ, perfectionem ita eſſe aſſecutum, ut ſibi tamen non nimium fidat, ſed aliorum, qui vel ætate vel diſciplinâ provectiores ſunt, monita conſiliaque libenter audiat atque amplectatur.*

*Epiſcopus Confirmatum leviter in maxilla cædit; ut ſciat homo Chriſtianus, ſe, tanquam fortem athletam in Chriſtiana militia conſtitutum, paratum eſſe oportere, ad omnia adverſa invicto animo pro Chriſti nomine perferenda, cujus facies velata & alapis cæſa fuit.*

*Poſtremo, Pax Confirmatis datur; ut intelligant, ſe gratiæ cæleſtis plenitudinem, & pacem quæ exuperat omnem ſenſum, conſecutos eſſe; pacemque per victoriam, & victoriam per prælium obtineri.*

*Cum itaque Sacramentum hoc res ſit ſanctitatis plena, per quam fidelibus Divina munera tam large impertiuntur, Parochus quam vigilantiſſime ſtudebit, ut ſui Parochiani, qui nondum Con-*

firmati

*firmati ſunt, nullam in eo ſuſcipiendo negligentiam committant, ſed ſummâ cum devotione & reverentiâ ſuſcipiant.*

*Illos etiam, qui jam Confirmati ſunt, ſæpiùs monebit, ut memores eſſe velint gratiæ cæleſtis, quam in hoc Sacramento acceperunt, ne eam vacuam eſſe ſinant, ſed fortiter pugnent, & peccati, mundi, ac diaboli tentationibus viriliter reſiſtant.*

## Officium Parochi circa Sacramentum hoc, paulo ante, vel in ipſo adminiſtrationis actu.

C*Vm intellexerit Parochus, velle Epiſcopum Confirmationis Sacramentum in ſua Parochia adminiſtrare, monebit tempeſtive populum, eumque in ſequentibus pro ſuggeſtu inſtituet:*

I. *De dignitate, neceſſitate, utilitate, inſtitutione, effectibus, cærimoniis, aliiſque hujus Sacramenti pertinentiis, ad captum ſuarum plebium diſſerendo.*

II. *Exhortabitur univerſos, nondum Confirmatos, ne hanc iſtius precioſi theſauri occaſionem, quæ quotidiana non eſt, negligant: præſertim autem patres familias inſtigando, ut filios filiaſque, ac domeſticos ſuos, prompte adducant.*

III. *Docebit eoſdem, ut, quamvis non ſemper certam ætatem, & annos quos vocant diſcretionis, in pueris expectare debeant ad hujus Sacramenti ſuſceptionem; ut certi tamen aliquid vulgo præfixum habeatur, commodum erit, ſi non ante ſeptennium, (niſi forte malitia præveniat ætatem) quis ad ſacrum hoc Dominicum ſigillum ſiſtatur.*

IV. *Perſuadebit omnibus, præſertim adultis, ut (ſi fieri poſſit) jejuni, atque à peccatorum ſordibus, per Confeſſionem vel ſaltem Contritionem, purgati, accedant, ne fructu & gratiâ tanti Sacramenti priventur.*

V. *Cum, ut ſupra dictum eſt, Sacramentum hoc Confirmato Characterem indelebiliter in anima imprimat, ſeveriſſime illis in-*

*terdicet, ne quis iterato illud ſuſcipere præſumat, niſi graviſſimum Sacrilegii ſcelus committere, & debitis utriuſque Fori pœnis inevitabiliter ſeſe ſubjicere velit.*

VI. *Confirmandus autem unum tantum ſibi deligat Patrinum, alium ab eo, à quo è Baptiſmo ſuſceptus fuerat. Si tamen ita neceſſitas cogeret, idem tam in Baptiſmo quam in Confirmatione Patrinus eſſe poteſt.*

VII. *Patrini eſſe non poſſunt: Nondum Confirmati; Excommunicati; Hæretici; Specialiter interdicti; Publice criminoſi; Parentes ipſius Confirmandi; Uſurarii publici; Non Confeſſi & Communicati in Paſchate, niſi ex legitima cauſa & cum approbatione Parochi Confeſſionem &c. diſtulerint.*

VIII. *Contrahunt Patrini cognationem ſpiritualem cum Confirmato, ac vero ejus patre ac matre, non ſecus ac in Baptiſmo fieri diximus: taliſque cognatio Matrimonium, inter dictas perſonas, tam contrahendum impedit, quam contractum dirimit. Hinc conſultum non eſt, præſertim in locis anguſtis & ſolitariis, ut quis multos, maxime paris conditionis, ad Confirmationem adducat.*

IX. *Monebit eoſdem, ut cum devotione, reverentiâ, attentione, ſine rumore ac ſtrepitu, accedant; frontem, ſi ſudore ſit madida, ſtrophiolo extergant; dum ante Epiſcopum genua flectunt, & manus conjunctim attollunt, Patrini nomina eorum, quos præſentant Epiſcopo, tempeſtive indicent, & manum dexteram ſuper humerum dexterum, dum confirmantur, teneant.*

X. *Accepto Confirmationis Sacramento, frons Confirmati per Patrinum faſciâ mundâ liganda eſt ob reverentiam ſacri Chriſmatis; quam, ubi in tertium uſque diem Confirmatus geſtavit, Patrinus vel alius quiſpiam (conſultius tamen foret ſi eſſet Sacerdos vel Religioſus) deponit, frontem abluens, ad modum infrà præſcribendum. In liganda tamen vel diſſolvenda ejuſmodi faſcia, nulla prorſus ſpiritualis affinitas contrahitur.*

XI. *Præmoneantur etiam per Parochum Conſignandi, ut ex*

*templo non recedant, niſi ultimâ Epiſcopi benedictione perceptâ.*

XII. *Moneat pariter Parochus Patrinos, ut inſtruant conſignatos bonis moribus, ut fugiant mala & faciant bona: & doceant eos Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, & reliqua fidei rudimenta.*

## Modus, quo faſcia deponitur, & frons Confirmati abluitur.

P*Eracto triduo, fundat Patrinus vel alius aquam in pelvim. Et, ſi Sacerdos ſit, dicat ſequentia:*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

*Reſp.* Qui fecit cælum & terram.

*Verſ.* Sit nomen Domini benedictum.

*Reſp.* Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

*Hinc mittat faſciam, quâ frons fuit ligata, in aquam; & hujuſmodi madidâ faſciâ frontem Confirmati lavet; adhibitoque modico ſale, & faciendo Crucem, ita dicat:*

AB omni immunditia mentis & corporis mundet te Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Deinde addat:*

CHriſmatis ablutio ſit tibi omnium peccatorum tuorum remiſſio, ut habeas vitam æternam in CHRISTO IESV Domino noſtro. *Reſp.* Amen.

Pax ✠ tecum. Vade in pace. *Reſp.* Amen.

*Factâ ablutione, comburatur faſcia, & cineres mittantur in cœmeterium, vel ſupra oſſa mortuorum, nec non ipſa aqua; aut, ſi non licet, in profluentem. Cavendum autem eſt, ne in ſterquilinium, vel in cœnum aut alium immundum locum, effundatur hæc aqua, ob ſacri Chriſmatis reverentiam.*

## In gratiam laicorum, aut Latine ignorantium, de hac Chriſmatis ablutione ſequentia ſubjunguntur.

ERſtlich ſoll der Firmbgött ein friſch reines Brunnen Waſſer/ es ſei kalt oder warm/ in ein rein Becken / oder ſonſt in ein ſauber Geſchirr gieſſen / vnd dan die Binden / damit dem Gefirmbten die Stirn gebunden geweſt / aufflöſen / vnd in das Waſſer tauchen/ darnach die naſſe Binden ein wenig außtrucken/vnd dem Gefirmbten ein Creutz damit an die Stirn/ da der Biſchoff den Chriſam hingeſtrichen/ machen/ vnd ſprechen: **Im Namen Gottes des Vatters / vnd des Sohns ✠/ vnd des Heiligen Geiſtes/Amen.** Gott der Himliſch Vatter wölle dich reinigen von aller Vnreinigkeit der Seelen vnd des Leibs / auff daß du haben mögeſt das ewige Leben / durch Chriſtum Jeſum/ Amen. Nach dem die Abwaſchung der Firmung alſo beſchehen / ſoll das Waſſer auff ein Kirchhoff / oder in ein Beinhauß geſchütt werden / Wo aber deren keins vorhanden wäre / ſoll man es in ein flieſſend Waſſer außgieſſen/ vnd nicht etwa auff ein Miſt/ oder ſonſten an ein vnreines Ort / vnd diß von wegen der Wirdigkeit deß Heiligen Chriſambs.

# DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

*SAnctum Pœnitentiæ Sacramentum, ad eos, qui poſt Baptiſmum lapſi ſunt, in gratiam Dei reſtituendos, à Chriſto Domino inſtitutum, eò diligentiùs adminiſtrandum eſt, quo frequentior eſt ejus uſus, & quo plura requiruntur ad illud recte digneq; tractandum ac ſuſcipiendum. Cum autem ad illud conſtituendum tria concurrant, materia, forma, & miniſter: illius quidem remota materia ſunt peccata; proxima verò ſunt actus pœnitentis; nempe contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Forma autem, illa abſolutionis verba:* Ego te abſolvo, *&c. Miniſter denique eſt Sacerdos, habens poteſtatem abſolvendi, vel ordinariam, vel delegatam. Sed, ſi periculum mortis immineat, approbatuſque deſit Confeſſarius, quilibet Sacerdos poteſt à quibuſcunque cenſuris & peccatis abſolvere. In ejus miniſtro requiritur etiam bonitas, ſcientia, atque prudentia, cum ſigillo ſecretæ confeſſionis ſub exacto perpetuoq; ſilentio. Quibus, & aliis, ad id opportunis ut optime ſint inſtructi, omni ſtudio curare debent Confeſſarii.*

*In primis meminerit Confeſſarius, ſe judicis pariter & medici perſonam ſuſtinere, ac divinæ juſtitiæ ſimul & miſericordiæ miniſtrum à Deo conſtitutum eſſe, ut, tamquam arbiter inter Deum & homines, honori divino & animarum ſaluti conſulat.*

*Vt ergo recte judicare queat, diſcernens inter lepram & lepram, &, tamquam peritus medicus, animarum morbos prudenter curare & apta cuique remedia applicare ſciat; quantam poteſt maximam ad id ſcientiam atque prudentiam, tum aſſiduis ad Deum precibus, tum ex probatis autoribus, præſertim è Catechiſmo Romano & prudenti conſilio peritorum, ſtudeat ſibi comparare.*

*Sciat caſus, & cenſuras, Sedi Apoſtolicæ & Ordinario ſuo reſervatas, & ſuæ cujuſq; Eccleſiæ conſtitutiones; eaſque diligenter obſervet.*

*Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem recte noſſe ſtudebit, & alia, ad ejus rectam adminiſtrationem neceſſaria. Atque in hoc miniſterio ita procedat, ut infra præſcribitur.*

## Ordo miniſtrandi Sacrament. Pœnitentiæ.

*SAcerdos, ad audiendam confeſſionem vocatus, promptum facilemque ſe præbeat: ac, priuſquam ad audiendum accedat, ſi tempus ſuppetat, ad hoc miniſterium recte ſancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.*

*In Eccleſia, non autem in privatis ædibus, confeſſiones audiat, niſi ex cauſa rationabili; quæ cum inciderit, ſtudeat tamen id decenti ac patenti loco præſtare.*

*Habeat in Eccleſia ſedem confeſſionalem, in qua ſacras confeſſiones excipiat: quæ ſedes patenti, conſpicuo, & apto Eccleſiæ loco poſita, crate perforata inter pœnitentem & Sacerdotem ſit inſtructa.*

*Superpelliceo & ſtolâ violacei coloris utatur, prout tempus vel locorum feret conſuetudo.*

*Pœnitens, ſi opus fuerit, admoneatur, ut, qua decet humilitate mentis & habitus accedat, flexis genibus ſigno Crucis ſe muniat, & confeſtim benedictionem à Confeſſario hoc modo petat:* Benedicite Reverende Pater, *&c. vel vulgari lingua:*

**Jch bitt ewer Ehrwürden vmb den Heiligen Segen/ damit ich meine Sünd volkommentlich beichten möge.**

*Quam ubi Confeſſarius eidem hoc modo impertivit:* Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis, ut digne & competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ſancti, Amen; *peracta generali Confeſſione:* Confiteor Deo omnipotenti, *&c.* **Jch armer Sünder/ꝛc.** *mox inquirat de illius ſtatu (niſi aliter notus fuerit) & quam pridem ſit confeſſus, & an impoſitam pœnitentiam adimpleverit, num rite atque integre aliàs confeſſus fuerit, num conſcientiam ſuam, ut debet, prius diligenter diſcuſſerit.*

*Quod ſi pœnitens aliqua cenſura, vel caſu reſervato, ſit ligatus, à quo ipſe non poſſit abſolvere; non abſolvat, niſi priùs obtenta facultate à Superiore.*

*Si vero Confeſſarius, pro perſonarum qualitate, cognoverit, pœnitentem ignorare Chriſtianæ fidei rudimenta; ſi tempus ſuppetat, eum breviter inſtruat de articulis fidei, & aliis ad ſalutem cognitu neceſſariis, & ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea poſtmodum diligentius addiſcat.*

*Dum pœnitens peccata ſua confitetur, adjuvabit eum, quotieſcunque opus fuerit, Sacerdos; nec eum reprehendet, niſi finita, ut dicetur, confeſſione; neque interpellabit, niſi opus fuerit aliquid melius intelligere: proinde fiduciam ei præbeat, & humaniter ſuggerat, ut omnia peccata ſua rite & integre confiteatur, remota ſtulta illâ quorundam verecundiâ, qua præpediti, ſuadente diabolo, peccata confiteri non audent.*

*Si pœnitens numerum, & ſpecies, & circumſtantias peccatorum, explicatu neceſſarias, non expreſſerit, eum Sacerdos prudenter interroget.*

*Sed caveat, ne curioſis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præſertim junioris utriuſque ſexus, vel alios, de eo quod ignorant, imprudenter interrogans; ne ſcandalum patiantur, indeque peccare diſcant.*

*Demum, auditâ confeſſione, perpendens peccatorum, quæ ille admiſit, magnitudinem ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac pœnitentis conditione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus eſſe viderit, paternâ charitate adhibebit, & ad dolorem & contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac melius inſtituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.*

*Poſtremo ſalutarem & convenientem ſatisfactionem, quantum ſpiritus & prudentia ſuggeſſerit, injungat, habita ratione ſtatus, conditionis, ſexus, & ætatis, & item diſpoſitionis, pœnitentium.*

*Videatque, ne pro peccatis gravibus leviſſimas pœnitentias imponat, ne, ſi forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut ſatisfactio non ſit tantum ad novæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum caſtigationem.*

*Quare curet, quantum fieri poteſt, ut contrarias peccatis pœnitentias injungat; veluti avaris eleemoſynas, libidinoſis jejunia vel alias carnis afflictiones, ſuperbis humilitatis officia, deſidioſis devotionis ſtudia. Rarius autem vel ſerius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus, utiliſſimum fuerit conſulere, ut ſæpe, puta ſemel in menſe, vel certis diebus ſolemnibus, confiteantur, &, ſi expediat, communicent.*

*Pœnitentias pecuniarias ſibi ipſis Confeſſarii non applicent: neque à pœnitentibus quicquam, tamquam miniſterii ſui præmium, petant, nec, ſi aliquid ultro offeratur, aliter niſi gratitudinis titulo, &c. pro conſuetudine loci, accipiant.*

*Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifeſtam pœnitentiam non imponant.*

*Videat autem diligenter Sacerdos, quando & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda ſit abſolutio; ne abſolvat eos, qui talis beneficii ſunt incapaces: quales ſunt, qui nulla dant ſigna doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, ſi poſſunt, reſtituere, aut proximam peccandi occaſionem deſerere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum ſcandalum dederunt, niſi publice ſatisfaciant & ſcandalum tollant: neque etiam eos abſolvat, quorum peccata ſunt Superioribus reſervata.*

*Si vero quis confiteatur, in periculo mortis conſtitutus, abſolvendus eſt ab omnibus peccatis, & cenſuris, quantumvis reſervatis: (ceſſat enim tunc omnis reſervatio) ſed prius, ſi poteſt, cui debet, ſatisfaciat, ac, ſi periculum evaſerit, & aliqua ratione Superiori, à quo aliàs eſſet abſolvendus, ſe ſiſtere teneatur, cum primum poterit, coram eo ſe ſiſtat, quicquid debet, præſtiturus.*

*Quod*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quod ſi inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægrum deficiat, nutibus & ſignis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoſcere; quibus utcumque vel in genere vel in ſpecie cognitis, vel etiam, ſi confitendi deſiderium ſive per ſe ſive per alios oſtenderit, abſolvendus eſt.*

*Meminerit porro Sacerdos, ægris non eſſe injungendam gravem aut laborioſam pœnitentiam, ſed indicendam tantum illam, quam, ſi convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim, juxta gravitatem morbi, aliquâ oratione aut levi ſatisfactione impoſita & acceptata, abſolvantur, prout opus fuerit.*

*Vt autem norint Confeſſarii, qui caſus Reſervati & Sedi Apoſtolicæ & Epiſcopo, legant ſequentia.*

# BVLLA COENÆ DOMINI,

continens Caſus præcipuos
SVMMO PONTIFICI reſervatos,
à quibus Parochi, ordinarie, neminem
abſolvere poſſunt.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. PAVLVS EPISCOPVS, Servus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Paſtoralis Romani Epiſcopi vigilantia & ſollicitudo, cum in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace & tranquillitate procuranda, pro ſui muneris officio, aſſidue verſatur, tum potiſſimum in Catholicæ fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere DEO, unitate atque integritate tenenda & conſervanda, maxime elucet; nimirum, ut fideles Chriſti non ſint parvuli fluctuantes, neque circumferantes omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad cir-

cum-

cumventionem erroris;ſed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionem Filii Dei, in virum perfectum; neque ſe in hujus vitæ ſocietate & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeat, ſed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra, ſub Chriſto capite, ejuſque in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri ſucceſſore, à quo totius Eccleſiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita divina gratia adjutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſane cauſſas, Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, hodierna die, quæ anniverſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria juſtitiæ arma, per miniſterium Summi Apoſtolatus, ad Dei gloriam & animarum ſalutem, ſolemniter exercere conſueverunt.

*In hæreticos, eorum fautores, libros legentes, & ſchiſmaticos, qui ab obedientia Summi Pontificis recedunt.*

I.

NOs igitur, quibus nihil optabilius eſt, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem & juſtitiam, Deo autore, tueri, vetuſtum & ſolemnem hunc morem ſequentes, excommunicamus & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, auctoritate quoque BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra; quoſcunque Huſſitas, Wiclephiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Calviniſtas, Hugonotos, Anabaptiſtas, Trinitarios, & à Chriſtiana fide apoſtatas, ac omnes & ſingulos alios hæreticos, quocunque nomine nuncupentur, & cujuſcunque ſectæ exiſtant; & eorum credentes, & quoſcunque receptatores & fauto-

res, & generaliter quoſlibet fautores, & eorundem libros, hæreſin continentes, vel de religione tractantes, ſine autoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ, ſcienter legentes, aut tenentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex qualibet cauſa, publice vel occulte, quovis ingenio vel colore: nec non ſchiſmaticos, & alios qui ſe à noſtra & Romani Pontificis, pro tempore exiſtentis, obedientia pertinaciter ſubtrahunt & recedunt.

*In appellantes à Papa ad futurum Concilium, eorumque fautores.*

II.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes & ſingulos, cujuſcunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint, & interdicimus Vniverſitates, Collegia & Capitula, quocunque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, ſententiis ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum, pro tempore exiſtentium, ad univerſale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio vel favore appellatum fuerit.

*In piratas, eorum receptores & fautores.*

III.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes piratas, curſarios, & latrunculos maritimos, & alios, præcipue qui, mare noſtrum à Monte argentario uſque ad Terracinam diſcurrentes, eos, qui in illo navigant, deprædantur, mutilant, interficiunt, rebuſve & bonis ſuis ſpoliant, omneſque receptatores eorundem, & eis auxilium ſcienter dantes vel favorem.

In

*In rapientes naufragorum Chriſtianorum bona, aut ſcienter ab aliis rapta accipientes.*

I V.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque navibus, tempeſtate in diverſum (ut dici ſolet) jactatis, naufragium paſſis, aut etiam ſubmerſis, ſive in ipſis navibus ſive ex eis dilapſa, & in mari vel littore inventa, cujuſcunque maris regionibus & littoribus rapuerint, aut ſcienter ipſi ſibi acceperint, aut ab aliis rapta ſeu accepta ſcienter receperint: ita, ut nec etiam ob quodcunque privilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, etiam immemorabilis, temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcumque prætextum, excuſari poſſint.

*In imponentes nova Pedagia, & gabellas, vel eas augentes.*

V.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis nova pedagia ſeu gabellas, ad id poteſtatem non habentes, imponunt vel augent, aut imponi vel augeri prohibita exigunt.

*In falſificantes litteras Apoſtolicas, aut ſupplicationes à quocunque autoritatem habente ſignatas, aut falſo fabricantes litteras Apoſtolicas.*

V I.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum, & in forma brevis, ac ſupplicationum, gratiam vel juſtitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarium, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Romani Pontificis ſignatorum, aut ſub nomine ejuſdem Pontificis ſeu Vicecancellarii, aut gerentes vices prædictorum, ſignantes ſup-

plicationes eaſdem. Extendentes Conſtitutionem fel. rec. Innocentii Papæ III, quæ incipit, *Ad falſariorum*, cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falſificantes ſeu mutantes ſupplicationes, per nos ſeu de mandato noſtro ſignatas & datatas, ſine noſtra aut Datarii noſtri licentia.

*In deferentes arma, & alia belli uſui apta, ad Turcas, & Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum concernentia in damnum Chriſtianorum nuntiantes.*

VII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canabem, funes tam ex ipſo canabe quam ex quacunque alia materia, & ipſam materiam, aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis & aliis Chriſtiani nominis inimicis: nec non illos, qui, per ſe vel alium ſeu alios, de rebus Chriſtianæ Reipub. ſtatum concernentibus, in Chriſtianorum perniciem & damnum, ipſos Turcas & Chriſtianæ Religionis inimicos certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtant Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis & conceſſionibus, Principibus, Rebuſpub. & Dominis, ſive privatis perſonis, per nos & Sedem prædictam hactenus conceſſis, de hujuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

*In impedientes eos, qui victualia & alia neceſſaria Romam deferunt.*

VIII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, impedientes ſeu invadentes eos, qui victualia ſeu alia ad uſum Romanæ curiæ neceſſaria adducunt; ac etiam

eos,

eos, qui, ne ad Romanam curiam adducantur vel deferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, vel qui talia fieri faciunt, vel facientes defendunt, cujuſcunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis & ſtatus, etiamſi Pontificali vel Regali, vel alia quavis Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate.

*Ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel ab ea recedentes, ſuâ aut aliorum operâ lædentes, & ſine juriſdictione vexantes in curia commorantes.*

## I X.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent; nec non illos omnes, qui, juriſdictionem ordinariam vel delegatam à nobis vel à noſtris judicibus non habentes, illam ſibi temere vendicantes, ſimilia, contra morantes in eadem curia, audent perpetrare.

*In eos, qui ex propoſito Romipetas offendunt.*

## X.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, ex propoſito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes ſeu deprædantes, Romipetas ſeu peregrinos ad Vrbem cauſſa devotionis ſeu peregrinationis, & prorſus omnes alios, ad Sedem Apoſtolicam accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipſa, vel illis dantes auxilium, conſilium, vel favorem.

*In offendentes S. R. E. Cardinales & alios Prælatos.*

## X I.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes, interficientes, mutilantes, vulnerantes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel

hoſtiliter inſequentes, S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos vel Nuncios, aut eoſdem ejicientes à ſuis Diœceſibus, territoriis, terris, ſeu Dominiis, eaque mandantes vel rata habentes, ſeu præſtantes eis auxilium, conſilium, vel favorem.

*In eos, qui ad Romanam Curiam recurrentes offendunt, aut executionem litterarum Apoſtolicarum impediunt, vel ad gratiam impetrandam accedentes prohibent.*

XII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui, per ſe vel alium vel alios, quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas vel ſæculares, ad dictam curiam, ſuper eorum cauſſis & negotiis, recurrentes, illaſque in eadem curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, Advocatos, Procuratores ipſorum, ſeu etiam auditores vel judices, ſuper dictis cauſis vel negotiis deputatis, occaſione cauſarum vel negotiorum hujuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu bonis ſpoliant, vel qui per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, prædicta exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur, cujuſcunque præeminentiæ vel dignitatis fuerint.

*Appellantes, à gravamine vel futura executione litterarum Apoſtolicarum, ad Laicam poteſtatem.*

XIII.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos quam ſæculares cujuſcunque dignitatis, qui, prætexentes frivolam quandam appellationem à gravamine vel futura executione litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma brevis, tam gratiam quam juſtitiam concernentium, nec non citationum,

inhibitionum, ſequeſtrationum, monitoriorum, proceſſuum executorialium, & aliorum decretorum, à nobis & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nunciis, Præſidentibus Palatii noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ, Auditoribus, Commiſſariis, aliiſque Iudicibus & Delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint; aut alias ad curias ſæculares & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, inſtante etiam Fiſci procuratore vel Advocato, appellationes hujuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria & alia prædicta, capi & retineri faciunt: quive illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito & conſenſu vel examine, executioni demandari, aut, ne Tabelliones & Notarii, ſuper hujuſcemodi litterarum & proceſſuum executione, inſtrumenta vel acta conficere, aut confecta, parti, cujus intereſt, tradere debeant, impediunt vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, conſanguineos, affines, familiares, notarios, executores & ſubexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex civitatibus, locis & Regnis ejiciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe vel alium vel alios, publice vel occulte, quive alias quibuſcunque perſonis, in genere vel in ſpecie, ne pro quibuſvis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis vel litteris impetrandis, ad Romanam Curiam accedant aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas vel litteras à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis utantur, directe vel indirecte prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios ſeu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

*In executionem litterarum Apoſtolicarum aut aliarum expeditionum impedientes, & prohibentes, ad gratias impetrandas, accedentes.*

## XIV.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes & ſingulos, qui per ſe vel alios, autoritate propria, ac de facto, quarumcunque exemptionum vel aliarum gratiarum vel litterarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales & decimarum ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus & commiſſariis noſtris, aliiſque judicibus Eccleſiaſticis avocant, illarumque curſum & audientiam, ac perſonas, Capitula, Conventus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes, impediunt, ac ſe de illarum cognitione, tanquam judices, interponunt: quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt & faciunt, ad revocandum & revocari faciendum, citationes & inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris & pœnis, in illis contentis, abſolvi, per ſtatutum vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium, proceſſuum ac Decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id favorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos, ut dicunt, ſupplicaverint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes hujuſmodi coram nobis & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, etiamſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conciliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vice-Cancellarii, Conſiliarii, ordinarii vel extraordinarii, quorumcunque Principum ſæcularium,

etiamſi Imperiali, Regali, Ducali vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarii, ſeu Vicarii, fuerint.

*In eos judices ſæculares, qui Eccleſiaſticas perſonas ad ſua tribunalia trahunt; quique Eccleſiaſticam libertatem tollunt, vel in aliquo lædunt.*

XV.

QVive ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcunque perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conventus, & Collegia Eccleſiarum quarumcunque, coram ſe ad eorum tribunal, audientiam, Cancellariam, Concilium vel Parlamentum, præter juris Canonici diſpoſitionem, trahunt, vel trahi faciunt vel procurant, directe vel indirecte, quovis quæſito colore; nec non qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quævis alia decreta, in genere vel in ſpecie, ex quavis cauſa & quovis quæſito colore, ac etiam prætextu litterarum Apoſtolicarum, uſu non receptarum ſeu revocatarum, vel cujuſvis conſuetudinis aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, ordinaverint, & publicaverint, vel factis & ordinatis uſi fuerint, unde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo reſtringitur, ſeu noſtris ſeu dictæ Sedis & quarumcunque Eccleſiarum juribus quomodolibet directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, præjudicatur.

*In impedientes Prælatos, ne ſua juriſdictione utantur, quique, illorum vel delegatorum judicia eludentes, ad curiam ſæcularem recurrunt.*

XVI.

NEc non qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque ſuperiores vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet, hac de cauſſa, directe vel indirecte, incarcerando, vel moleſtando, eorum agentes, procuratores, familiares, nec non conſanguineos & affines, impediunt, quo minus ſua juriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunque utantur, ſecundum quod Canones & Sacræ conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini, ſtatuunt; ac etiam eos, qui poſt ipſorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, quorumcunque ſententias ac decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici judicium eludentes, ad cancellarias & alias curias Eccleſiaſticas recurrunt, & ab iis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia, ordinariis aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium vel favorem in eiſdem.

*In uſurpantes Sedis Apoſtolicæ & quarumcunque Eccleſiarum juriſdictiones, vel etiam fructus ſequeſtrantes.*

XVII.

QVive juriſdictiones, ſeu fructus, redditus & proventus, ad nos & Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, uſurpant, vel etiam quavis occaſione vel cauſſa, ſine Romani Pontificis, vel eorum ad quos de jure pertinent, expreſſa licentia, ſequeſtrant.

*In imponentes decimas & onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſiis, Monaſteriis, aut eorum fructibus.*

XVIII.

QVive collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi, abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali & expreſſa licentia imponunt, & diverſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut, ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus & concedentibus recipiunt: nec non, qui per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, prædicta facere, exequi vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem, aut votum ſeu ſuffragium palam vel occultè præſtare non verentur, cujuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali vel Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, Reſpub. & alii potentatus, quicunque etiam Regnis, Provinciis, civitatibus & terris quoquo modo præſidentes, aut quavis etiam Pontificali dignitate inſigniti: innovantes decreta ſuper his per ſacros Canones, tam in Lateranenſi noviſſime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris & pœnis in eis contentis.

*Contra judices ſæculares, in cauſis capitalibus ſeu criminalibus contra Eccleſiaſticas perſonas, ſe interponentes.*

XIX.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes & quoſcunque Magiſtratus, Senatores, præſidentes, auditores, & alios Iudices, quocunque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, Scribas,

ac executores & ſubexecutores, & alios quoquo modo ſe interponentes, in cauſis capitalibus ſeu criminalibus, contra perſonas Eccleſiaſticas, illas banniendo, capiendo, proceſſando, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia; quique ejuſmodi licentiam ad perſonas & cauſſas non expreſſas extendunt, vel alias illa perperam abutuntur; etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

*In occupantes loca & terras Eccleſiæ Romanæ, & in illis ſupremam juriſdictionem uſurpantes.*

XX.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, ſub quocunque titulo vel colore, de facto occupant, detinent, vel hoſtiliter deſtruunt, vel invadunt, vel occupare, detinere, vel deſtruere, aut invadere hoſtiliter præſumpſerint, in totum vel in partem, Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ & Corſicæ, terras citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque terras & loca, ac terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, civitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneventum, Peruſium, Avenionem, civitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias civitates, terras & loca, vel jura, ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubjecta: quique ſupremam juriſdictionem,

in illis, nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem, de facto uſurpare, perturbare, retinere & vexare variis modis præſumunt: nec non adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes.

*Reſervatio abſolutionis Romani Pontificis.*

XXI.

CÆterum, à prædictis ſententiis, nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis & ſatisfaciendo cautione præſtita, abſolvi poſſit, etiam prætextu quarumvis facultatum & indultorum, quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium & Militarium regularibus, etiam Epiſcopali vel alia majori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſteriis, Conventibus & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos & dictam Sedem, ac cujuſvis Concilii decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque ſcriptura in genere & in ſpecie conceſſorum & innovatorum, ac concedendorum & innovandorum.

*Contra abſolventes in ſupradictis caſibus.*

XXII.

QVod ſi forte aliqui, contra tenorem præſentium, talibus excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum alicui, abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint; eos excommunicationis ſententia innodamus, gravius contra illos ſpiritualiter & temporaliter, pro ut expedire noverimus, proceſſuri.

*Abſolutio Romani Pontificis, etiam ſolemnis, quos non comprehendat.*

XXIII.

DEclarantes ac proteſtantes, quamcunque abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos, ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis, cum vero propoſito ulterius ſimilia non committendi, deſtiterint; ac, quo ad eos qui contra libertatem Eccleſiaſticam, ut præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta hujuſmodi publice revocaverint, & ex Archivis ſeu capitularibus locis aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & caſſari, ac nos de revocatione hujuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari: quin etiam per hujuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus contrarios, tacitos vel expreſſos, ac etiam per patientiam & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum, quantocunque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus & ſingulis ac quibuſcunque juribus Sedis Apoſtolicæ ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, undecunque & quomodocunque quæſitis vel quærendis, nullatenus præjudicari poſſe ſeu debere.

*Quod non obſtant Privilegia, aut quævis Apoſtolica indulta, quo minus quis in hoc proceſſu includatur.*

XXIV.

NOn obſtantibus privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui ſeu aliquibus, & aliis cujuſcunque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint; etiamſi, ut præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quavis Eccleſiaſtica & mundana præfulgeant

digni-

dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, civitatibus, ſeu locis, à prædicta Sede ex quavis cauſſa, etiam per viam contractus aut remunerationis, & ſub quavis alia forma & tenore, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, conceſſis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus dignitatibuſque eorum, mentionem; nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcunque longiſſimis, & aliis quibuſlibet obſervantiis, ſcriptis vel non ſcriptis, per quæ contra hos noſtros proceſſus ac ſententias, quo minus includantur in eis, ſe juvare valeant vel tueri: quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium tenorem, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

*Quod appenſio proceſſus in valvis Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis, aut Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ignorantiæ aut excuſationis locum non relinquant.*

XXV.

VT vero præſentes noſtri proceſſus ad communem omnium noticiam facilius deducantur, chartas ſeu membranas, proceſſus ipſos continentes, in valvis Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, appendi fecimus; quæ proceſſus ipſos, quaſi ſonoro præconio & patulo indicio, publicabunt, ut ii, quos proceſſus hujuſmodi contingunt, quod ad ipſos non pervenerint, aut quod ipſos ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignoran-

tiam

tiam allegare; cum non ſit veriſimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur Inſuper, ut proceſſus ipſi ac præſentes litteræ, ac omnia & ſingula in eis contenta, eo fiant notiora, quo in pleriſque civitatibus & locis fuerint publicata; univerſis & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis, Prælatis, & Rectoribus ubilibet conſtitutis, per hæc noſtra ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ut, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes litteras, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut, ſi expedire viderint, etiam pluries, in Eccleſiis ſuis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes reducant, nuncient & declarent.

*Quod Confeſſarii harum litterarum transſumptum habeant.*

### XXVI.

CÆterum, hortamur eoſdem univerſos & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque locorum Ordinarios, & Eccleſiarum Prælatos, nec non Rectores cæteroſque, curam animarum exercentes, ac Presbyteros ſæculares, & quorumvis ordinum Regulares, ad audiendum confeſſiones quavis autoritate deputatos, ut transſumptum harum litterarum penes ſe habere, legere, & diligenter examinare procurent: volentes earundem præſentium transſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eandem prorſus fidem, in judicio & extra illud ubique locorum, adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

pagi-

paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, declarationis, proteſtationis, ſublationis, revocationis, commiſſionis, innodationis, mandati, hortationis & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M DC VI, x Cal. April. Pontificatus noſtri Anno primo.

*M. Veſtrius Barbianus.*

# CASVS, SVMMO PONTIFICI RESERVATI;

*A quibus Parochi neminem, citra ſpecialem facultatem, abſolvere poſſunt.*

INterficiens aut verberans Clericum; ſi læſio ſit atrox & enormis: perſequens Epiſcopum, vel majorem, & Prælatum.

Qui aliquo externo ſigno ſuam hæreſin prodit, aut Hæreticis, ab Eccleſia damnatis, circa ſuas perverſas opiniones favet, eoſque defendit.

Qui libros hæreticorum ſcienter legit, aut domi ſervat, citra ſpecialem diſpenſationem.

Qui à Romani Pontificis obedientia, & Eccleſiæ Catholicæ unitate, pertinaciter ſeipſum ſegregat.

Falſificans litteras Apoſtolicas, & impediens jura vel libertatem curiæ Romanæ.

Offendens Eccleſiaſticam libertatem; ut, qui effringit & ſpoliat loca ſacra, vel qui contra Eccleſiæ jura & privilegia judicat, aut Eccleſiarum bona detinet, alienat, vel alienata recipit; qui etiam non reddit Decimas.

Religioſus, habitum ſuum temere dimittens.

Simoniace dans vel recipiens ſacros Ordines, aut beneficium Eccleſiaſticum; & quicunque ſuam operam vel conſilium interponit, ubi voluntas eſt dandi vel accipiendi pro re ſpirituali rem temporalem, cum ſignificatione alicujus pacti, expreſſi vel taciti, in quod pactum pars utraque conſenſit. Quæ ſimonia realis in rebus Eccleſiaſticis beneficiisve commiſſa, conjunctam habet obligationem ad beneficia non retinenda, & ad fructus eorum reſtituendos; in Ordinibus vero ſuſpenſum reddit illum, qui ordinatus eſt, ut non poſſit ea, quæ ſui ſunt Ordinis, citra ſpecialem facultatem exequi.

Incendiarius, qui publice fuit pro excommunicato denunciatus.

Miſſam celebrans in excommunicatione majore.

Commutans alicui vota, facta de ſervanda caſtitate perpetua, de ingreſſu Religionis, de viſitando ſepulchro Domini, aut de ſuſcipienda peregrinatione ad Apoſtolorum Petri & Pauli limina, vel ad ſanctum Iacobum in Compoſtellam.

Sepeliens hæreticos, & illis adhærentes, in loco ſacro.

*Caſus ſimplices, qui ex jure Epiſcopis reſervantur.*

HI caſus, qui ex jure Epiſcopis reſervantur, præter excommunicationem majorem, quatuor ſunt.

I. Clerici peccatum, quo in irregularitatem cadit.

II. De incendiariis doloſis, ante denunciationem tamen, (nam poſt eam eſt Papalis,) atque de iis, qui hoc fieri præcipiunt, aut auxilium, conſilium, ac favorem dant.

III. Eſt peccatum, cujus cauſa laicis olim ſolemnis indicenda erat pœnitentia: loco cujus, temporibus noſtris, ii qui crimen admittunt, aliter, ſed ſevere tamen, ad arbitrium Ordinarii puniri debent.

IV. Eſt peccatum, à quo antea Epiſcopus, juſtis de cauſis, peccantẽ abſolvere noluit, vel adhuc ſibi reſervat.

*Caſus alii, qui ex conſuetudine Epiſcopis reſervantur.*

I. HOmicidium voluntarium, aut membrorum mutilatio: à quo tamen peccato neque autor delicti, neque qui præcepit aut conſenſit, abſolvi poteſt, niſi præmiſſa ſatisfactione.

II. Crimen falſarii, ſeu falſi, quo non ii ſolum obſtringuntur, qui litteras aut ſcripta falſa ſupponunt, ſed falſi etiam teſtes, qui à mendacio contra verum ſtant, aut ii qui rogati veritatem celant, aut perjuri qui fidem ac jusjurandum negligunt & violant, aut qui jus ipſum jurando pervertunt.

III. Violatio loci ſacri, quod & ſacrilegium appellatur, quo proximus, ſeu vir ille ſit ſive mulier, loco ſacro, vel in perſona vel in fortunis læditur, aut vi ab eodem, quo, ut tutus eſſet, confugerat, abſtrahitur; aut cum ſemen humanum voluntarie ibidem ſpargitur, aut extra; quando cum perſona Deo conſecrata aliquis

fornicatur, idque tum præcipue, cum Monialis vitiatur, atque alia id genus quamplurima, ad ſacrilegium ſpectantia: ita ut omne ſacrilegium, ex conſuetudine, ſit caſus Epiſcopalis.

IV. Sortilegium, divinatio, incantatio, & id genus alia Magica exercitia, ſi ſint crimina gravia, (quod diſcretus confeſſor diſcernat;) quæ, qui admittunt, ut infames, nullum, dicendo teſtimonium accuſandoque, locum habent, & ab Eccleſia exterminantur, niſique reſipuerint, perpetuo ſunt excommunicandi: quod ſi in ſacris fuerint, dignitate atque honore privari debent.

V. Olim peccatum violantium Eccleſiaſticam libertatem, perſonas aut res Eccleſiæ aggravando, caſus Epiſcopalis erat: ſed nunc, per Curiæ ſententiam, hujuſmodi violatores ipſo facto ſunt excommunicati, abſolutione ſanctæ Sedi reſervata; ut videre eſt ſupra, in Bulla Cœnæ Domini, excommunicatione 15 & 18.

VI. Promotio per ſaltum (ut vocant) ad ſacros Ordines, vel ab alieno Epiſcopo ſine diſpenſatione.

VII. Celebratio Miſſæ in Altari non conſecrato, vel abſque ſacris indumentis, vel alioquin cum Sacerdos non eſt jejunus.

VIII. Fornicatio cum ſpirituali filia, à ſe prius baptizata, aut è ſacro fonte ſuſcepta, vel ad confirmationem conducta, vel ejus confeſſione audita; vel cum quibuſvis aliis à fide Chriſtiana ac Religione alienis; veluti cum Iudæis, Saracenis, ac cæteris id genus hominibus.

IX. Virginem vi conſtuprans, vel, poſt votum ſimplex caſtitatis emiſſum, contrahens matrimonium.

X. Adulter, ſacrilegus, inceſtuoſus, cum beſtiis abominationem faciens, perjurus, falſum dicens teſtimonium.

XI. Parens, filios opprimens; aut quæcunque perſona, in ſe vel aliis procurans abortum & ſterilitatem.

XII. Sacerdos, abſolvens excommunicatum majore (ut vocant) excommunicatione, vel hæreticum, ſine ſpeciali commiſſione; vel ſepeliens uſurarium manifeſtum.

## CASVS COMMVNES.

*In ſpecie vero ſequentes caſus manifeſti, non tamen occulti, in hac Diœceſi reſervati.*

FOrnicatio cum filia confeſſionis.

Concubinatus publicus, & vaga fornicatio.

Revelatio confeſſionis.

Furtiva ſuſceptio ſacrorum Ordinum, ſine debita licentia & dimiſſorialibus, ab alieno Epiſcopo; aut cum, Cenſuris irretitus quiſpiam, Ordinem ſuſcipit, aut ſine Ordinibus celebrat aut miniſtrat.

*Caſus reſervati Laicorum.*

MAtrimonium contractum cum alia, conjuge adhuc vivente, ſcienter, aut antequam de morte prioris ſatis certificetur; aut clandeſtine initum, non ſervata forma Concilii Tridentini; machinatio in mortem conjugis, morte ſecuta.

*Caſus reſervati, Clericis & Laicis communes.*

HOmicidium voluntarium, facto, præcepto, conſilio vel conſenſu deliberato commiſſum.

Sacrilegium in re vel in perſona.

Inceſtus cum conſanguineis & affinibus, gradu à Concilio Tridentino determinato.

Adulterium.

Raptus.

Procuratio abortus vel ſterilitatis.

Incendium Eccleſiarum, domorum, aut ſegetum, malitioſe factum.

Pollutio Eccleſiæ, cæmeterii, ſanguinis vel ſeminis effuſione; violatio immunitatis & libertatis Eccleſiaſticæ.

Item veneficium, ſortilegium, divinatio, incantatio, cum pacto Dæmonis expreſſo vel implicito; & abuſus Sacramentorum & rerum ſacrarum ad ſuperſtitiones & artes magicas.

## Abſolutionis forma.

*Cum igitur pœnitentem abſolvere voluerit, injuncta ei prius, & ab eo accepta, ſalutari pœnitentia, primo dicit:*

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

*Deinde, dextera verſus pœnitentem elevata, dicit:*

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors Dominus. Amen.

Dominus noſter IESVS Chriſtus te abſolvat: & ego autoritate ipſius te abſolvo ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in quantum poſſum & tu indiges. Deinde ego te abſolvo à peccatis

tuis,

tuis, in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

*Si pœnitens ſit laicus, omittitur verbum Suſpenſionis.*

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

*In confeſſionibus autem frequentioribus & brevioribus, omitti poteſt,* Miſereatur, *&c. ac ſatis erit dicere:* Dominus noſter Iesvs Chriſtus, *&c. ut ſupra, uſque ad illud,* Paſſio Domini, *&c.*

*Vrgente verò aliqua gravi neceſſitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:*

Ego te abſolvo ab omnibus cenſuris & peccatis, in nomine Patris, *&c.*

*Modus abſolvendi tempore Iubilæi, quando datur facultas abſolvendi à cenſuris.*

Miſereatur tui omnipotens *&c.* Dominus noſter Ieſus Chriſtus, *&c.* & ego autoritate mihi ab eo conceſſa, & ex commiſſione Apoſtolica, Abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis, & ab omnibus Eccleſiaſticis cenſuris, ſi quas incurriſti; & reſtituo te communioni & unitati fidelium, & ſan-

ctis

ctis Sacramentis Eccleſiæ: deinde, eadem autoritate, Abſolvo te ✠ à peccatis tuis.

*Nota bene. Noverint hic Confeſſarii, quando in Bullis Pontificiis datur facultas abſolvendi ab omnibus Cenſuris, ſe nihil idcirco poſſe in cauſis irregularitatis, niſi id quoque ſpecialiter expreſſum & permiſſum eis fuerit.*

## De Abſolutione ab Excommunicatione in foro exteriori.

*SI poteſtas abſolvendi ab excommunicationis ſententia Sacerdoti commiſſa fuerit à Superiore, & in mandato certa forma ſit præſcripta, illa omnino ſervanda eſt. Si verò in mandato ſeu commiſſione dicitur,* In forma Eccleſiæ conſueta abſolvat; *hæc ſervanda ſunt:*

*Primò, ut excommunicatus ei, ob cujus offenſam in excommunicationem incurrit, prius, ſi poteſt, ſatisfaciat. Quòd ſi tunc non poſſit, ſufficientem cautionem præſtet; aut ſaltem, ſi eam præſtare non poteſt, juret, ſe, cumprimùm poterit, ſatisfacturum.*

*Secundò, ſi crimen, ob quod in excommunicationem incidit, ſit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Eccleſiæ, quæ illi fient pro tali cauſa: ac præcipue, ne deinceps delinquat contra illum canonem, vel decretum, contra quod faciendo, cenſuram incurrit.*

*Denique hunc abſolvendi ritum obſervabit.*

*Pœnitentem, coram ſe genu utroque flexo, in humero (ſi vir fuerit,) uſque ad camiſiam excluſive, denudato, virga aut funiculis, ſedens, leviter percutit, dicendo totum Pſalmum,* Miſerere mei Deus, *&c. cum* Gloria Patri, *&c. Deinde ſurgit, &, aperto capite,*

*dicit:*

*dicit:* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter. *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Salvum fac ſervum tuum, (ancillam tuam,) Domine. *Reſp.* Deus meus ſperantem in te. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in eo, (in ea.) *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Verſ.* Eſto ei Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis ſententia conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Mox ſedet, & cooperto capite dicit:*

Dominus noſter IESVS Chriſtus te abſolvat: & ego te, autoritate ipſius, & Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, (*vel* Reverendiſſimi Epiſcopi *N. vel talis* Superioris) mihi commiſſa, abſolvo te à vinculo excommunicationis, in quam incurriſti (*vel* incurriſſe declaratus es,) propter tale factum, (*vel* cau-

ſam, *&c.*) & reſtituo te communioni & unitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritus ſancti.

*Quod ſi Sacerdoti nulla ſit à ſuperiore præſcripta forma, nec ſibi mandatum ut in forma Eccleſiæ communi vel conſueta abſolvat, tunc nihilominus, pro rei gravitate, prædictam cærimoniam & preces adhibeat: at vero, ſi res non fuerit adeo gravis, abſolvere poterit, dicens:*

Dominus noſter Iesus Chriſtus te abſolvat: & ego, autoritate ipſius, & Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ (*ſi à Papa fuerit delegatus*) (*vel* Reverendiſſimi Epiſcopi *N. vel talis* Superioris) mihi conceſſa, abſolvo te *&c. ut ſupra.*

*In foro autem interiori, Confeſſarius, habens facultatem abſolvendi excommunicatum, abſolvat juxta formam ſequentem:*

Ego, facultate mihi conceſſa, abſolvo te à vinculo excommunicationis majoris, quam incurriſti (*hic exprimatur cauſa, ob quam eſt excommunicatus;*) & reſtituo te communioni & unitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. Deinde, eadem autoritate, ego te abſolvo à peccatis, &c.

*Nota bene. Quod ſi plures ſint cauſæ ob quas eſt*

*quiſ-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quiſpiam excommunicatus, omnes in abſolutione ſunt exprimendæ; alioquin à ſolis expreſsis cenſebitur abſolutus.*

## Ritus abſolvendi excommunicatum, jam mortuum.

*SI quis excommunicatus, ex hac vita decedens, dederit ſignum contritionis; ne Eccleſiaſtica careat ſepultura, ſed Eccleſiæ ſuffragiis, quatenus fieri poteſt, adjuvetur; abſolvi poteſt hoc modo.*

*Si corpus nondum ſepultum fuerit, verberetur & abſolvatur, ut infra; deinde, abſolutum, in loco ſacro ſepeliatur.*

*Si verò fuerit ſepultum in loco profano, & commode fieri poterit, exhumabitur, & eodem modo verberabitur, & poſt abſolutionem in loco ſacro ſepelietur; ſed, ſi commode exhumari non poteſt, locus ſepulturæ verberetur; poſtea abſolvatur.*

*Quod ſi in loco ſacro ſit ſepultus, non exhumabitur, ſed verberabitur ſepulchrum. Dum autem corpus, ſive ſepulturam, verberat Sacerdos, dicat Antiph.* Exultabunt Domino oſſa humiliata. *Pſal.* Miſerere mei Deus, *&c. Quo facto, abſolvatur, dicendo:* Autoritate mihi conceſſa, ego te abſolvo à vinculo excommunicationis, quam incurriſti ( *vel* incurriſſe declaratus es ) propter tale factum, & reſtituo te communioni fidelium, in nomine Patris ✠, &

Filii, & Spiritus ſancti, Amen. *Deinde dicatur Pſalmus*, De profundis. *in fine*, Requiem æternam dona ei Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat ei. Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter. *&c. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Domine animam ejus. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA, quæſumus Domine, animæ famuli tui, quem excommunicationis ſententia conſtrinxerat, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, & ſuperni luminis claritatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

## De modo abſolvendi à Suſpenſione, vel ab Interdicto, extra vel intra Sacramentalem Confeſſionem.

*SI Sacerdoti ſit commiſſa facultas abſolvendi aliquem à Suſpenſione, vel Interdicto, quamvis nulla verba ſint præcipue determinata, uti poterit hac formula.*

*Pœnitens dicat :* Confiteor Deo , *&c. Sacerdos :* Miſereatur tui, *&c.* Indulgentiam, *&c.*

Autoritate, mihi ab *N.* tradita, ego abſolvo te à vinculo ſuſpenſionis, ( *vel* interdicti ) quam ( *vel* quod, ) propter tale factum , ( *vel* cauſam ) incurriſti , ( *ſeu* incurriſſe declaratus es, ) in nomine Patris ✠, & Filii , & Spiritus ſancti, Amen.

*Si verò Confeſſario , ſive in foro conſcientiæ ſive extra, data eſt poteſtas diſpenſandi ſuper irregularitate , tunc, poſtquam abſolverit à peccatis, addat conſequenter :*

Et eadem autoritate diſpenſo tecum ſuper irregularitate , ( *vel* irregularitatibus , *ſi ſunt plures, )* in quam , ( *vel* in quas ) ob talem *vel* tales cauſas , ( *eas exprimendo* , ) incurriſti, ( *quando dubium eſt, utendum conditione* , ſi incurriſti,) & habilem reddo, & reſtituo te executioni Ordinum & officiorum tuorum , in nomine Patris ✠, & Filii , & Spiritus ſancti. Amen.

*Si nullum habeat Ordinem, dicatur :* Habilem reddo te ad omnes Ordines ſuſcipiendos, *vel etiam ad alia , juxta tenorem mandati.*

*Quod ſi neceſſe ſit , titulum beneficii reſtituere , & fructus male perceptos condonare , ſubjungat :*

Et reſtituo tibi titulum, (*ſeu* titulos) bene-

ficii, ( *ſeu* beneficiorum, ) & condono tibi fructus male perceptos, in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

*Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo, in iis, facultatis ſuæ terminos excedat.*

# DE SANCTISSIMO EVCHARISTIÆ SACRAMENTO.

*OMnibus quidem Eccleſiæ Catholicæ Sacramentis religioſe ſancteque tractandis, magna ac diligens cura adhibenda eſt; ſed præcipue in adminiſtrando ac ſuſcipiendo Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento; quo nihil dignius, nihil ſanctius & admirabilius habet Eccleſia Dei; cum in eo contineatur præcipuum & maximum Dei donum, & ipſemet omnis gratiæ & ſanctitatis fons auctorque, Chriſtus Dominus.*

*Parochus igitur ſummum ſtudium in eo ponat, ut cùm ipſe venerabile hoc Sacramentum, qua decet reverentia, debitoque cultu, tractet, cuſtodiat & adminiſtret, tum etiam populus ſibi commiſſus religiosè colat, ſanctè frequenterque ſuſcipiat, præſertim in majoribus anni ſolemnitatibus.*

*Ideo populum ſæpius admonebit, quâ præparatione, & quanta animi religione ac pietate, & humili etiam corporis habitu, ad tam divinum Sacramentum debeat accedere: ut, præmiſſa ſacramentali confeſſione, omnes, ſaltem à media nocte, jejuni, & utroque genu flexo, Sacramentum humiliter adorent, ac reverenter ſuſcipiant; viri, quantum fieri poteſt, à mulieribus ſeparati.*

*Moneantur præterea Communicantes, ut, ſumpto Sacramento, non ſtatim ab Eccleſia diſcedant, aut colloquantur, nec ſtatim vagis oculis circumſpiciant, aut expuant, neque de libro ſtatim orationes recitent; ne Sacramenti ſpecies de ore decidant; ſed, quâ par eſt devotione, aliquantiſper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam ſingulari beneficio, atque etiam de ſanctiſſima Paſſione Dominica, in cujus memoriam hoc myſterium celebratur & ſumitur.*

*Curare porrò debet, ut perpetuò aliquot particulæ conſecratæ, eo numero qui uſui infirmorum, & aliorum fidelium communioni ſatis eſſe poſſit, conſerventur in pyxide ex ſolida decentique materia, eaque munda & ſuo operculo bene clauſa, albo velo cooperta &, quantum res feret, ornato, in tabernaculo, clave obſerato.*

*Claves autem venerabilis Sacramenti, nulli laicæ perſonæ unquam, ac ne ipſi quidem ædituo, credantur: unde nec in Sacriſtia relinquendæ ſunt, ſed illarum ſolus Rector vel Parochus, vel alius Sacerdos de ipſius licentia, curam habeat; nec unquam permittat, ab ullo, qui non ſit ſaltem Subdiaconus, claudi & aperiri dictum tabernaculum; quod ſemper corporali ſtratum & clauſum eſſe debebit.*

*Et ne qua ſanctiſſimo Sacramento injuria irrogetur per homines ſuperſtitioſos; hinc parochum, cujus incuria id acciderit, Canones ad tres menſes ſuſpendunt, majore vero pœna afficiunt, ſi enormis Sacramento inveniatur illata injuria.*

*Hoc autem tabernaculum, conopæo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in altari majori, vel in alio quod venerationi & cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, ſit collocatum; ita ut nullum aliis ſacris functionibus, aut eccleſiaſticis officiis, impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel ſaltem una, die noctuque perpetuo colluceat; curabitque Parochus, ut omnia, ad ipſius Sacramenti cultum ordinata, integra mundaque ſint & conſerventur.*

*De pyxide obſervandum, ut illa ſit benedicta, & operculum apte ipſi reſpondeat, & fibulâ firmiter clauſum; ne quà vermibus ingreſſus in eam pateat.*

*Sanctiſsimæ Euchariſtiæ particulas frequenter renovabit. Hoſtiæ vero, ſeu particulæ conſecrandæ, ſint recentes; &, ubi eas conſecraverit, veteres primo diſtribuat vel ſumat, decimo quarto minimum die hoſtias novas conſecret, reliquoſque defectus ex Miſſali notet, & ſecundum illud Sacerdos ſe dirigat.*

*Quod ſi vero, ob neglectum illius, aliqua particularum conſecratarum à vermibus corroſa inveniatur, ſpeciebus adhuc integris exiſtentibus, diligenter purganda ſumendaque erit; vermis autem repertus, ſupra patenam comburendus; & cineres in piſcina (ut vocant) ſacra condendi.*

*Fideles omnes ad ſacram communionem admittendi ſunt, exceptis iis, qui juſta ratione prohibentur. Arcendi autem ſunt publice indigni, quales ſunt excommunicati, interdicti, manifeſteque infames, ut meritrices, concubinarii, fœneratores, magi, ſortilegi, blaſphemi, & alii ejus generis peccatores publici: niſi de eorum pœnitentia & emendatione conſtet, & publico ſcandalo prius ſatisfecerint.*

*Occultos vero peccatores, ſi occulte petant, & non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem, ſi publice petant, & ſine ſcandalo ipſos præterire nequeat.*

*Amentibus præterea ſeu phreneticis communicare non licet: licebit tamen, ſi quando habeant lucida intervalla, & devotionem oſtendant, dum in eo ſtatu manent, ſi nullum indignitatis periculum adſit.*

*Iis etiam, qui, propter ætatis imbecillitatem, nondum hujus Sacramenti cognitionem & guſtum habent, adminiſtrari non debet: quales ſunt pueri, necdum plene rationis uſu utentes; ideoque utile eſt, ut differatur ad annum decimum tertium communio; niſi tamen evidens prudentiæ, ætatem ſuperantis, indicium appareat.*

Eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Eſt etiam conſultum, ut, qui matrimonio juncti ſunt, aliquot diebus ante Communionem, copula abſtineant; niſi tamen certum periculum incontinentiæ alterius conjugis timeatur. Damnatis ad mortem pœnitentibus debet dari Euchariſtia, & ordinarie ante diem ſupplicii, ſi fieri poſſit.*

## Ordo miniſtrandi ſacram Communionem.

*SAcerdos igitur ſanctiſſimam Euchariſtiam miniſtraturus, hoſtiis, ſeu particulis pro populi multitudine conſecratis, vaſculoque uno, vel pluribus, decenti & commodo loco expoſitis, cum vino & aqua ad purificationem eorum qui communionem ſumpſerint, & ante eos linteo mundo extenſo, lotis prius manibus, & ſuperpelliceo indutus, ac deſuper ſtolâ coloris, officio illius diei convenientis, præcedente Clerico, ſeu alio miniſtro, procedit ad altare, manibus junctis, & accenſis cereis; facta prius & poſtea genuflexione, extrahit pyxidem, & illam ſuper corporale depoſitam diſcooperit. Miniſter, genibus flexis, nomine populi ad cornu Epiſtolæ facit confeſſionem generalem, dicens:* Confiteor Deo *&c.*

*Tum Sacerdos iterum genuflectit, &, manibus junctis ante pectus, vertit ſe ad populum (advertens, ne terga vertat Sacramento) & in cornu Euangelii dicit:* Miſereatur veſtri *&c. & addit:* Indulgentiam, abſolutionem ✠, & remiſſionem peccatorum veſtrorum tribuat vobis omnipo-

tens & miſericors Dominus. *Reſp.* Amen. *dicens:* Indulgentiam *&c. manu dextera, in formam Crucis, ſignat communicandos.*

*Deinde ad Altare ſe convertit, genuflectit, manu ſiniſtra pyxidem prehendit, & duobus digitis, pollice & indice, Sacramentum accipit, & elevat; converſuſque ad populum, in medio altari, dicit clara voce:* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *mox ſubdit:* Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea. *Vel, pro loci conſuetudine, ſi Communicandi Latinum ignorent:* Sehet das Lamb GOttes / ſehet welches hinnimbt die Sünd der Welt. O Herr ich bin nit würdig / daß du eingeheſt vnter mein Tach / ſondern ſprich nur ein Wort / ſo wird geſund mein Seel. *Quod iterum ac tertio repetit; qua formula etiam utendum eſt, cum feminæ communio miniſtratur.*

*Poſtea ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui ſunt ad partem Epiſtolæ: ſed primò, ſi Sacerdotibus vel aliis ex clero danda ſit communio, iis ad gradus Altaris genuflexis præbeatur; vel, ſi commode fieri poteſt, intra ſepimentum Altaris ſint à laicis diſtincti. Sacerdotes vero, ſuperpelliceo induti cum ſtola, communicent.*

*Sacerdos, unicuique porrigens Sacramentum, & faciens cum eo ſignum Crucis ſuper pyxidem, ſimul*

*dicit:*

*dicit :* Corpus Domini ✠ noſtri Iesv Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.

*Vbi vero omnes communicaverint, Sacerdos, reverſus ad Altare, dicere poterit :* O ſacrum convivium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis ejus, mens impletur gratiâ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

*Verſ.* Panem de cælo præſtitiſti eis.

*Miniſter reſpondet :* Omne delectamentum in ſe habentem. *Tempore Paſchali additur,* Alleluja. *Mox Sacerdos dicit Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus, qui nobis, ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas *&c.*

*Tempore Paſchali dicitur Oratio.*

SPiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut, quos Sacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut, ſi aliquod fragmentum digitis adhæſerit, illud in pyxidem deponat, & eoſdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat, & abſtergat purificatorio; ablutionem vero ſumat, ſi celebraverit, aut iis, qui tunc communicarunt, ſumendam tradat, aut ſaltem in ſacrarium injiciat.*

*Poſtea genuflectens reponit Sacramentum in tabernaculo, & clave obſerat. Deinde, extenta manu dextera, benedicit iis qui communicarunt, dicens:* Benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filii ✠, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen.

*Communio autem populi intra Miſſam, ſtatim poſt Communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (niſi quandoque ex rationabili cauſa poſt Miſſam ſit facienda) cum Orationes, quæ in Miſſa poſt Communionem dicuntur, non ſolum ad Sacerdotem ſed etiam ad alios communicantes ſpectent.*

*Itaque Sacerdos, ſumpto ſacratiſsimo Sanguine, antequam ſe purificet, ponat particulas conſecratas in pyxide, vel, ſi pauci ſint communicandi, ſuper patenam, niſi in principio poſitæ fuerint in pyxide, & genuflectit, miniſtro interim faciente confeſsionem, ut ſupra. Poſtea, vertens ſe ad populum in cornu Euangelii, dicit:* Miſereatur veſtri *&c. & eo, quo ſupra dictum eſt, modo, porrigit communicandis Euchariſtiam,*

*inci-*

*incipiens à miniſtris altaris, ſi velint communicare. Finita communione, revertitur ad altare, nihil dicens; & non dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Miſſæ. Deinde dicit ſecreto:* Quod ore ſumpſimus, &c. *ut in Miſſali: ſe purificat, & Miſſam abſolvit. Quod ſi contingat, abſoluta Miſſa, ſtatim aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos, adhuc planeta indutus, ſacram communionem, eo modo quo ſupra dictum eſt, miniſtrabit.*

## De Communione Paſchali.

*CVret autem Parochus, ut in Quadrageſima, per ſe vel per alios concionatores, populo opportune denuncietur Conſtitutio Concilii Lateranenſis ſub Innocentio III, quæ ſic habet:*

Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata, ſaltem ſemel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reverenter, ad minus in Paſcha, Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum; alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura.

*Sequitur eadem Conſtitutio, Germanice verſa, prout populo de ſuggeſtu prælegi debet:*

**Ein jeder Gläubiger Menſch/ ſo balt er zu den Jahren ſeiner vernunfft kommen/ ſoll alle ſeine Sünd auffs wenigſt einmal im Jahr ſeinem eignen Prieſter in geheimb**

vnd getrewlich beichten/ vnd ſich befleiſſen die auffgeſetzte Buß nach ſeinem vermögen zu volbringen: vnd ſoll zum wenigſten zu Oſtern das Heilige Sacrament deß Fronleichnambs Jeſu Chriſti würdiglich empfangen / es ſei dan das er nach rath ſeines eignen Prieſters oder Pfarrherrn / und gnugſamen vrſachen halber / ein zeitlang von der empfahung deſſelben Sacraments ſich zu enthalten vermeinet. Sonſt ſoll ihme in zeit ſeines Lebens / der eingang der Kirchen verbotten werden / vnd / ſo er ſtirbt / ſoll er Chriſtlicher Begräbnuß beraubt ſein.

*Vt igitur hoc ſalutare Concilii decretum inviolabiliter ſervetur, deſcripta Parochus habeat nomina ſuorum Parochianorum; & , qui dicto tempore non communicaverint, elapſo, pro loci conſuetudine, Paſchali termino, eos, qui propriæ ſalutis immemores, ſæpius admoniti, non obtemperaverint, Ordinario ſuo denunciet.*

*Dabit quoque operam Parochus, quoad ejus fieri poteſt, ut Parochiani ſui, à die Palmarum uſque ad Octavam Paſchæ, præcepto de Communione Paſchali ſatisfaciant. Quod ſi tamen ob Parochiæ amplitudinem & animarum multitudinem id fieri non poſſit, longiorem terminum ab Ordinario ſuo mature impetrare curabit.*

*Alienæ Parochiæ fideles ad proprium Parochum remittet, præter peregrinos & advenas, & qui certum domicilium non habent: quibus, ſi rite parati acceſſerint, ipſe ſacram præbebit Communionem.*

*Ægrotis quoque Parochialibus, etiamſi Communionem extra præſcriptos Paſchales dies ſumpſerint, in Paſchalibus diebus illam deferet ac miniſtrabit.*

## De Communione infirmorum.

*Viaticum ſacratiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſummo ſtudio ac diligentia, ægrotantibus opportuno tempore procurandum eſt, ne forte contingat illos tanto bono, Parochi incuria, privatos decedere. Cavendum autem imprimis eſt, ne ad indignos,*

*cum aliorum ſcandalo, deferatur; quales ſunt publici uſurarii, concubinarii, notorie criminoſi, nominatim excommunicati aut denunciati, niſi ſeſe prius ſacra Confeſſione purgaverint, & publicæ offenſioni, prout de jure, ſatisfecerint.*

*Hortetur Parochus infirmum, ut ſacram Communionem ſumat, etiamſi graviter non ægrotet, aut mortis periculum non immineat; maxime, ſi feſti alicujus celebritas id ſuadeat; neque ipſe illam miniſtrare recuſabit.*

*Pro Viatico autem miniſtrabit, cum probabile eſt quod eam amplius ſumere non poterit. Quod ſi æger, ſumpto Viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaſerit, & communicare voluerit, ejus pio deſiderio Parochus non deerit.*

*Poteſt quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum eſt, ne iis tribuatur, à quibus ob phreneſin, ſive ob aſſiduam tuſſim, aliumve ſimilem morbum, aliqua indecentia, verbi gratia, vomitus, cum injuria tanti Sacramenti, timeri poteſt. Tunc enim illum inſtruat, ut ſpiritualiter communicet; nequaquam verò hoſtiam oſculandam præbeat. Hoc modo verò communicabunt, ſi, ut Conc. Trid. loquitur, Angelorum hunc panem, ſibi oſtenſum, voto vivaque fide, quæ per dilectionem operatur, ſumant; ſi Chriſtum, in auguſtiſſimo Sacramento præſentem, devote adorent, de illo pie cogitent, incenſoque deſiderio eundem percipere cupiant. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda eſt Euchariſtia ante omnem cibum & potum, non aliter ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinæ ante aliquid ſumere licet.*

*Sed alicui ad adorandum ſolum, ſeu, devotionis ſeu cujuſvis rei prætextu, ad oſtendendum, non deferatur.*

*Deferri autem debet hoc ſanctum Sacramentum ab Eccleſia ad privatas ægrotantium domos, decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine, manifeſte, atque honorifice, ante pectus, cum omni reverentia & timore, ſemper lumine præcedente.*

Paro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Parochus igitur, proceſſurus ad communicandum infirmum, aliquot campanæ ictibus jubeat convocari Parochianos, ſeu Confraternitatem ſanctiſſimi Sacramenti, ( ubi fuerit inſtituta, ) ſeu alios pios Chriſti fideles, qui ſacram Euchariſtiam cum cereis ſeu intorticiis comitentur, & umbellam, ſeu baldachinum, ubi haberi poteſt, deferant.*

*Præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, & in eo paretur menſa, linteo mundo cooperta, in qua ſanctiſſimum Sacramentum decenter deponatur. Supra menſam, inter duos cereos ardentes, poſita ſit imago Crucifixi; ad manus etiam habeatur linteum mundum, ante pectus communicandi ponendum; aqua benedicta; vinum pro ablutione; aqua, vas & mantile, pro abluendis abſtergendiſque manibus Sacerdotis; atque alia ad ornatum loci, pro cujuſque facultate.*

*Vbi poſtea convenerint, qui Euchariſtiam comitaturi ſunt, Sacerdos, indutus ſuperpelliceo, & ſtola, &, ſi haberi poteſt, pluviali albi coloris, Acolythis, ſeu Clericis, aut etiam Presbyteris ( ſi locus feret) ſuperpelliceo pariter indutis comitatus, decenter & de more, acceptas aliquot particulas conſecratas, vel unam tantum ( ſi longius aut difficilius iter ſit faciendum) ponat in pyxide, ſeu parva cuſtodia; quam proprio ſuo operculo cooperit, & velum ſericum ſuperimponit; ipſe verò Sacerdos, impoſito ſibi prius, ab utroque humero, oblongo velo decenti, utrâque manu accipiat vas cum Sacramento, & deinde umbellam ſeu baldachinum ſubeat, nudo capite proceſſurus.*

*Præcedant ſemper ( prout locus feret ) ex aliqua Confraternitate, unus cum vexillo, & duo cum laternis: æditus cum campanula; quam per vices pulſet: item quatuor pueri, quorum duo laternas, tertius hoc Rituale, quartus burſam cum corporali, SS. Euchariſtiæ Sacramento ſupponendo, una cum purificatorio ad digitos Sacerdotis abſtergendos, deferant: horum etiam officium erit, in acceſſu & reditu, cum debita modeſtia, infraſcriptum hymnum, &*

canti-

*cantica, interjectâ poſt ſingulos verſus aliquantulâ morâ, decantare. His ſuccedat Sacerdos, Sanctiſſimum Sacramentum geſtans, elevatum ante pectus, ſub umbella, dicens Pſalmum,* Miſerere *&c. & alios Pſalmos & cantica. Is etiam cavebit, ne vagos oculos huc illucque leviter conjiciat, ſed collecte ac graviter ambulet, cæleſtemque illum, quem manibus geſtat, theſaurum fide portet, linguam ac mentem, precando & meditando, exerceat, quoad in ægrotantis cubiculum introducatur.*

*Quod ſi longius aut difficilius iter obeundum ſit, & fortaſſe etiam equitandum, neceſſe erit, vas, in quo Sacramentum deſertur, burſa albi coloris, decenter ornata & ad collum appenſa, apte includere, & ita ad pectus alligare atque obſtringere, ut neque decidere neque è pyxide excuti Sacramentum queat.*

## Reſponſorium,

D*Vm SS. Euchariſtiæ Sacramentum ad infirmum deſertur, in via, pro loci conſuetudine, à quatuor pueris decantandum.*






Quia parata ſunt *&c. ut ſupra.*

*Ingrediens vero locum, ubi jacet infirmus, dicat:* Pax huic domui. *Reſp.* Et omnibus habitantibus in ea.

*Tum, depoſitum Sacramentum ſuper menſa, ſup-*

*poſito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus; & mox acceptâ aquâ benedictâ aſpergit infirmum & cubiculum, dicens Antiphonam:* Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor: *& primum verſum Pſalmi,* Miſerere mei Deus, *cum* Gloria Patri. Sicut erat, *&c. Deinde repetitur Antiphona,* Aſperges me, *&c. Poſtea, Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

## Oremus.

EXaudi nos, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus; & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dñm noſtrum. *Reſp.* Amen.

*His dictis, accedat ad infirmum, & ipſum, brevibus verbis ac ſuavibus, ad hanc divinæ viſitationis gratiam excitet, & ad peccatorum contritionem ac reconciliationem (ſi quæ illi poſt confeſſionem peccata confitenda in mentem venirent;) & ad patientiam, meliorisque vitæ frugem, eum exhortetur; & exquirat, an ſit excommunicatus, an injuſte aliquid poſſideat, an habeat debita occulta, an ſit votis aut peregrinationibus obnoxius. Deinde blande & leniter infirmum alloquatur, admoneatque illum*

*ad patientiam, rogetque, ſi quem adhuc conſcientiæ ſcrupulum habeat: ſi ſic, illum iteratò audiat & abſolvat, nec non ipſum inducat, ut ab ibi præſentibus fieri pro ſe preces petat, rogetque in genere, quos offendere vel verbo vel facto potuit, veniam: ſpecialiter vero accedere jubeantur, qui de familia aut ſanguine illius ſunt, ut ab eo veniam precentur. Quod ſi capitalem aliquam inimicitiam adverſus quempiam gerat, ſtudeat Parochus, diſſidentes, quantum in ſe eſt, amice conciliare. Ipſe quoque ægrotus, injurias, ſibi forte illatas, ſe dimittere, declaret. Poſtea hortetur infirmum ad devote & cum firma fide ſuſcipiendum Corpus Domini ibi præſens: & circumſtantes moneat, ut pro infirmo orent, quatenus ad ſalutem animæ ſuæ poßit ſumere ſacroſanctum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

*Quæ omnia ut tanto facilius & quaſi compendio conſequi poſſint Parochi noſtri, pro majori eorum commoditate ſequentes ſubjunximus exhortationum & inſtructionum formas.*

## Ermahnung vnd Vnterweiſung des Krancken vor der heiligen Communion.

GEliebter in Chriſto / Dieweil die Kranckheit / mit welcher ihr anjetzo behafft / nicht ſchlecht vnd gering zu achten / ſo habt Ihr bei Euch ſelbſten zuerwegen/vnd vernünfftiglich abzunemmen/ daß es vieleicht der wille Gottes ſei / euch durch dieſe Kranckheit von wegen ewrer begangenen Sünden heimbzuſuchen; oder/ ob jhr dieſelb mit gedult annemmen vnd vbertragen werdet / zu probieren / oder letzlich vieleicht gar von dieſer Welt vnd zergänglichem Jammerthal abzufordern.

Weiln vns aber der vnerforſchliche wille Gottes vnbekant / ſo ſollet Jhr vor allen Dingen ewer Leib vnd leben Gotte dem Allmägtigen / der da iſt vnſer Schöpffer vnd Erlöſer / Herꝛ deß Lebens vnnd des Todts / heimb-

ſetzen/vnd jhme für dieſe Vätterliche wolthat von Hertzen dancken / daß er euch nemblich nit durch einen vnverſehenen vnſeligen Tod/ mitten in ewren Sünden / wie vielen anderen widerfährt/ſterben laſſen will/ ſondern durch dieſe Kranckheit / zu ablegung ewrer Sünden/beſſerung deß Lebens / oder vieleicht zu einem ſeeligen End / ermahnet vnnd erfordert. Vnd ob wol andere vnvernünfftige Thier/ zur zeit jhrer Kranckheit / ſich/ nach eingebung jhrer Natur / vmb zeitliche mittel bewerben / ſo ſollen doch wir Menſchen / als vernünfftige vnd nach dem ebenbilde Gottes erſchaffene Creaturen / vor allen anderen Artzneien / vnſere Zuflucht nemmen zu Gott vnſerem Herrn/ vnd vns Geiſtlicher hilff vnd mittel gebrauchen : Jnmaſſen gethan der fromme König Ezechias/welchem ob zwar vom dem Propheten Iſaia verkündigt worden / er ſolte ſeinem Hauſe vorſehen / ſeitemaln er deß Todts würde ſterben: weil er aber angefangen bitterlich zu weinen/ vnd ſein Angeſicht kehrete zu der Wandt/ daß iſt / wie es der H. Auguſtinus außleget/ zu der Menſchheit Chriſti/vnd auff dieſelbige ſein beten vnd weinen richtete / hat er die erſtreckung ſeines Lebens auff 15 Jahr erlanget. Eben alſo ſollet jhr euch in ewrer Schwachheit mit Ezechia zu der Wandt / vnd ſtarcken Grundſeul vnſers Heils/ nemblich der Menſchheit Chriſti / wenden / vnd in tieffeſter Diemuht/mit ſonderbahrer zuverſicht/dieſes hochheiligſten Sacraments / welches vnſern geliebten Herrn/ Heiland vnd Seeligmacher Jeſum Chriſtum / mit wahrer Gott-vnd Menſchheit in ſich haltet/gebrauchen. Dieweil aber zu würdig-vnd nützbarlicher Empfahung deßſelben in alle wege erfordert wird/ daß wir vns nach der Lehr deß heiligen Apoſtels vorhero ſelbſt prüffen vnd probieren ſollen/So ſollet jhr/fürs Erſte/ alles das jenige

bei ſeit ſetzen / ſo euch hievon mögte hindern vnd abhalten / ewer Gewiſſen durchſuchen vnd examiniren / all ewre Sünd/ſo jhr biß auff dieſe gegenwertige Stund mit Gedancken/Worten vnd Wercken / wider Gott oder ewren Nächſten / begangen / hertzlich berewen / vnd einen guten Chriſtlichen fürſatz haben / da euch Gott ewer Leben friſten / vnd von dieſer Kranckheit gnädiglich widerumb auffhelffen ſoll / das jhr durch ſeine Göttliche gnad / von dieſen vnd allen anderen Sünden / ſo viel euch möglich / wollet abſtehen/vnd ewer Leben beſſern/auch alles das jenige thun vnd leiſten / was ein büſſender Sünder thun ſoll / damit er ſeiner Sünden verzeihung erlange.

Zum andern / damit jhr aber deſto leichter bei Gott dem Herrn ewrer begangenen Sünden verzeihung erlanget / ſo werdet jhr auch allen Menſchen auff dieſer Erd / die euch je mit Worten oder Wercken / wenig oder viel / beleidiget haben / von grund ewres Hertzen verzeihen / vnd hergegen auch gleichsfals von denen verzeihung begehren / welche Jhr gleicher geſtalt etwan erzürnet oder beleidiget habt : vnd da jhr euch dan ferner wiſſet zuerinnern / das jhr jrgend einen oder mehr ſchaden zugefügt / oder etwan das jhrig wider billigkeit abgenommen hättet/ſo ſeit jhr vor Gott vnd in ewrem Gewiſſen ſchuldig / ſolchen ſchaden abzuthun / vnd das vnrechte Gut wieder zugeben / Könnet jhr aber ſolches nicht thun / ſo möget jhr ſolches den Erben ewrer Güter / oder wer euch hierzu gefällig / anbefelchen.

Zum dritten / will die Noturfft erfordern / das jhr alle Sorgfältigkeit der zeitlichen güter ſollet von euch legen / vnd euch dieſelbe/ſo wol auch Weib vnd Kind/Vatter vnd Mutter / Bruder vnd Schweſter / oder wen jhr ferner

lieb auff Erden habet / nit anfechten laſſen / dan das Gut iſt der Welt / vnd bleibet nach vns in der Welt: Wann ihr dan von der Welt ſcheiden werdet / ſollet ihr zu Gott / als einen Vatter der armen Wittwen vnd Waiſen / auch frommen Leuthen / die gewiſſe tröſtliche hoffnung und zuverſicht haben / das ſie auch / ohn ewre Sorgfältigkeit / die ewrige Chriſtlich wol verſorgen werden. Wollet demnach alles / ſo in dieſer Welt iſt / gantz vnd gar vergeſſen / vnd euch allein / an den einigen / ewigen / Allmägtigen Gott / vnſern Schöpffer / Erlöſer / vnd Seeligmacher / gantz vnd gar mit einander ergeben / alles das jenige / was Gott in dieſer Kranckheit noch ferner verhengen mögte / willig vnd gedultig annemmen / in dem einmahl angenommenen vnd bekantten Glauben der Allgemeinen Catholiſchen Chriſtlichen Kirchen / als dem gewiſſen ſtarcken Fundament vnſers Heils / biß an ewer End ſtandhafftig verharren.

Wann ihr derowegen dieſe wenige puncten beobachten / vnd / nach der Lehr des heiligen Apoſtels / ewer Gewiſſen darnach prüfen vnd probiren werdet / ſo habt ihr euch zu vertröſten / das ihr nit allein jetzo dieß H. Sacrament des zarten Fronleichnambs Jeſu Chriſti werdet würdiglich empfangen / ſondern auch die krafft und würckung deſſelben / das iſt / entweder ewre erwünſchte Geſundheit / oder nach dem lieben willen Gottes ein ſeligs End / erreichen / in der Gnad Gottes von hinnen abſcheiden / vnd für das zeitliche Leben ein ewiges in dem Himmel mit Gott vnd allen Außerwehlten erlangen.

*Hac admonitione generaliter ſic facta, ſi infirmus nondum confeſſus ſit, eum Sacerdos ad ſacramentalem peccatorum confeſſionem adhortetur; & , ſi paratum ſenſerit, omnibus exire juſſis, confeſſionem ejus attente audiat, ipſumque in cognoſcendis & recenſendis pec-*

*catis,*

*catis, ſi opus fuerit, juvet, aliaque faciat quæ circa abſolutionem Sacramentalem & ſalutaris pœnitentiæ injunctionem, pro ſua prudentia & diſcretione, in tali caſu, ad animæ ſalutem facienda judicaverit. His peractis, iterum intromittat, quos antea exire juſſit, eoſque, ut pro infirmo orent, hortetur, eo quo ſequitur modo; quod itidem immediate poſt ſupradictam exhortationem præſtabit, ſi pœnitens jam antea alii confeßario confeſſus ſit.*

## Vermahnung an die Vmbſtehende.

JHr geliebte in Chriſto dem Herren / nach dem dieſe gegenwertige Perſohn / nach beſchehener Rew vnd Beicht / auch darůber erlangte Prieſterliche Abſolution, jetzund vorhabens iſt / mit verleihung Göttlicher Gnaden / durch würckliche nieſſung des zarteſten Fronleichnambs vnnd wahren Leibs vnd Bluts IESV CHRISTI, vnſers einigen Heilands vnd Seeligmachers ein gewiſſes Pfandt zum ewigen Leben zu empfahen.

Damit aber ſolches deſto würdiglicher beſchehe / ſo wollen wir Gott den Herren / ein Vatter aller Gnad und Barmhertzigkeit / einhelliglich mit einander anruffen vnd bitten / daß Er ſich über ſie gnädiglich wolle erbarmen / vnd jhr Hertz dermaſſen erleuchten / vnd von allerlei Sünden reinigen; damit ſie Chriſtum den Herrn vnter dem Hochwürdigen Sacrament deß Altars zur ſeelen Heil würdiglich empfahen / vnd darinnen (da es anders der Göttliche will iſt / daß ſie / in dieſer Kranckheit jhr zeitliches Leben beſchlieſſen ſoll /) das Chriſtliche Viaticum, das iſt / die rechte geſunde kräfftige vnd ſtärckende Wegſpeiſe / auff die künfftige Reiſe in jenes Vatterland gewiß finden / vnd an ſich bringen / und erlangen könte / Auff daß ſie alſo hiedurch mit Gott vollkomment-

lich vereiniget / vnd wider allerlei Feinde vnſers Heils veſtiglich geſtärckt/von dieſem Jammerthal ſeelig abſcheiden/ vnd darauff in das Himmliſche Paradeiß/ zur Gemeinſchafft aller lieben Heiligen Gottes/frölich eingehen möge. Solches von Gott dem Herren zuerwerben/ ſpreche ein jeder Chriſtenmenſch ein heilig Vatter vnſer/ ſambt dem Engliſchen Gruß.

*ETſi prædictas exhortationis & inſtructionis formas, pro Parochis ſimplicioribus, aliiſque animarum curam habentibus rudioribus, hic poſuerimus; non eſt tamen neceſſe, ut quivis ad horum tenorem ſe aſtrictum exiſtimet; ſed habeat ſe potius Parochus vel Confeſſarius diſcretus, ſecundum pœnitentis ejuſdemque Confeſſionis qualitatem.*

*Deinde, Parocho præeunte, pronunciat infirmus linguâ vernaculâ, ſi Latine non poteſt, generalem Confeſſionem:*

ICh armer ſündiger Menſch/geb mich ſchuldig/vnd bekenne Gotte dem Allmägtigen/der heiligen Gottesgebärerin MARIÆ, vnd allen Heiligen/euch Prieſter/ auch allen Menſchen/ daß ich leider viel geſündiget hab/von meinen Kindlichen Tagen an/biß auff dieſe gegenwertige Stund/ mit böſen Gedancken/ Worten vnd Wercken/ wider Gott vnd meinen Näheſten/ es ſei heimlich/öffentlich/wiſſentlich oder vnwiſſentlich/wie ſolches Gott mein Herr an mir armen Sünder erkennt/vnd ich die leider nicht erkennen kan/Das iſt mir alles leid von grund meines Hertzen/ vnd begehre Gnad/Bittend euch Prieſter/ auch alle andere ſo hie zu gegen ſeind/ daß jhr Gott für mich armen Sünder bitten wollet vmb verzeihung aller meiner Sünden vnd Miſſethaten.

*Quod ſi infirmus hoc commode non poſſit,*

*dicitur,* Confiteor, *&c. à miniſtris: & Sacerdos ſubjungit abſolutionem generalem :* Miſereatur *&c.* Indulgentiam *&c.*

*Deinde, facta genuflexione, accipit Sacramentum de vaſculo, atque illud elevans oſtendit infirmo, dicens :* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sehet das Lamb Gottes / ſehet welches hinnimbt die Sünd der Welt. *Abſolutione præmiſſa, Sacerdos ſacram hoſtiam dexterâ ſupra pyxidem paululum elevet, atque infirmum hac Oratione compellet :*

Crediſne, chariſſime frater N. (chariſſima ſoror N.) ſub ſpecie panis verum Chriſti corpus, una cum ſanguine anima & divinitate, adeoque totum Chriſtum ex beatiſſima Virgine natum, contineri? *Quo affirmante, ſe credere, mox Sacerdos :* Ergo flecte genua cordis tui, & Chriſtum Ieſum, quem præſentem eſſe credis, cum Centurione Euangelico humiliter adora, dicendo mecum :

DOmine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea. *Si æger non intelligat, dicatur Germanicè:*

O Herr / ich bin nit würdig / daß du eingeheſt vnter mein Tach/ ſondern ſprich nur ein Wort / ſo wird mein Seel geſund.

*Et infirmus ſimul cum Sacerdote dicat eadem, ſaltem*

*tem ſemel, ſubmiſſa voce. tum Sacerdos, dans infirmo Euchariſtiam, dicat:* Accipe frater (ſoror) Viaticum Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam. Amen.

*Si vero communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario:* Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat *&c.*

*Quod ſi mors immineat, & periculum ſit in mora, tunc dicto,* Miſereatur, *&c. prædictis precibus omnibus, vel ex parte, omiſſis, ei ſtatim Viaticum præbeatur.*

*Poſtea Sacerdos abluat digitos, nihil dicens; & infirmo detur ablutio. Deinde dicat:*

O Sacrum convivium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis ejus, mens impletur gratiâ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter.

*Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem.

*Reſp.* Sed libera nos à malo.

*Verſ.* Salvum fac famulum tuum, (famulam tuam.)

*Reſp.* Deus meus ſperantem in te.

*Verſ.* Mitte ei auxilium de ſancto.

*Reſp.* Et de Sion tuere eum, (eam.)

*Verſ*. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
*Reſp*. A facie inimici.
*Verſ*. Domine exaudi orationem meam.
*Reſp*. Et clamor meus ad te veniat.
*Verſ*. Dominus vobiſcum.
*Reſp*. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri noſtro (ſorori noſtræ) ſacroſanctum Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Filii tui, tam corpori quam animæ proſit ad remedium ſempiternum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

PRotege, Domine, hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) ſubſidiis pacis, &, B. Mariæ Virginis patrociniis confidentem, à cunctis hoſtibus redde ſecurum (ſecuram.)

OMnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos, pro famulo tuo (famula tua) miſericordiæ tuæ implorantes auxilium; ut, reddita ſibi ſanitate, in Eccleſia tua gratiarum tibi referat actiones. Per Dominum noſtum Ieſum Chriſtum, &c.

*Quibus finitis, redeat ad ægrotum, ipſumque conſoletur & inſtruat, ac aquâ benedictâ aſpergat, &, ſi altera*

*tera particula Sacramenti ſuperfuerit (ſupereſſe autem ſemper debet, præterquam in caſu longioris itineris, jam dicto,) genuflectit, ſurgit, impenſaque ei benedictione cum venerabili Sacramento ad Eccleſiam revertitur, dicendo privatim in via Pſalmum*, Laudate Dominum de cælis, *& alios Pſalmos & Hymnos, prout tempus feret.*

*Pueri autem, qui in acceſſu Antiphonam*, Homo quidam fecit *&c. decantarunt, ejus loco, in reditu ad Eccleſiam, altâ voce cantant Hymnum S. Thomæ Aquinatis, ut ſequitur.*

*Hymnus.*



PAn ge lingua glori o ſi Corporis myſte-



ri um, Sanguiniſque preti o ſi. Quem in



mundi pretium Fructus ventris gene ro-



ſi Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
  Ex intacta Virgine,
  Et in mundo converſatus,
  Sparſo verbi ſemine,
  Sui moras incolatus
  Miro clauſit ordine.
In ſupremæ nocte cœnæ
  Recumbens cum fratribus,
  Obſervatâ lege plene
  Cibis in legalibus,
  Cibum turbæ duodenæ
  Se dat ſuis manibus.
Verbum caro panem verum
  Verbo carnem efficit:
  Fitque Sanguis Chriſti merum,
  Etſi ſenſus deficit:
  Ad firmandum cor ſincerum
  Sola fides ſufficit.
Tantum ergo Sacramentum
  Veneremur cernui:
  Et antiquum documentum
  Novo cedat ritui:
  Præſtet fides ſupplementum
  Senſuum defectui.
Genitori, Genitoque,
  Laus & jubilatio,
  Salus, honor, virtus quoque

Sit & benedictio :
Procedenti ab utroque
Compar ſit laudatio. Amen.

*Cum pervenerit ad Eccleſiam, ponit Sacramentum ſuper altare, & adorat; deinde dicit : Verſ.* Panem de cælo præſtitiſti eis. *Reſp.* Omne delectamentum in ſe habentem. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nobis, ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti ; tribue quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Deinde annunciat Indulgentias, à ſummis Pontificibus conceſſas, ſanctiſſimum Sacramentum comitantibus.*

*Poſtea, cum Sacramento, in pyxide, velo cooperta, faciat ſignum Crucis ſuper populum, nihil dicens ; pueris interea cantantibus, ut ſequitur.*



Ecce panis Ange lo rũ, factus cibus viatorũ,

vere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



vere panis filiorum, non mittendus canibus.

*Quibus peractis, SS. Sacramentum Euchariſtiæ in loco ſuo reponat.*

*Quod ſi, ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia eâ quâ decet veneratione Sacramentum ad Eccleſiam commode reportari non poteſt, ſumpta fuerit una tantum particula conſecrata, tunc, eâ infirmo adminiſtratâ, Sacerdos, prædictis precibus recitatis, cum manu benedicit, & una cum aliis, privato habitu, extinctis luminibus, umbellâ demiſſâ, latente pyxide, ad Eccleſiam, vel domum quiſque ſuam, revertitur.*

# DE SACRAMENTO
## EXTREMÆ VNCTIONIS.

*EXtremæ Vnctionis Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, tanquam cæleſtis medicina, non animæ ſolum ſed etiam corpori ſalutaris, omni ſtudio ac diligentia periculoſe ægrotantibus adhibendum eſt; & eo quidem tempore, ſi fieri poßit, cum illis adhuc integra mens & ratio viget: ut, ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipſi etiam ſuam fidem ac piam animi voluntatem conferre poßint, dum ſacro liniuntur oleo.*

*In quo illud in primis, ex generali Eccleſiæ conſuetudine, obſervandum eſt, ut, ſi tempus & infirmi conditio permittat, ante Extremam Vnctionem, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramenta infirmis præbeantur.*

*Habeat igitur Parochus, loco nitido & decenter ornato, in vaſe*

*argenteo ſeu ſtanneo diligenter cuſtoditum ſacrum Oleum infirmorum, quod ſingulis annis, feria V. in Cœna Domini, ab Epiſcopo benedictum, veteri combuſto, & cineribus in Sacrarium projectis, renovandum eſt. Id tamen, ſi forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut ſufficere non poſſe videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico Oleo non benedicto in minori quantitate ſuperinfuſo, reparari poteſt.*

*Oleum porro ipſum, vel per ſe ſolum, vel in bombacio, ſeu re ſimili, ſervari poteſt; ſed, ad evitandum effuſionis periculum, multo commodius ad infirmos defertur in bombacio.*

*Debet autem hoc Sacramentum infirmis præberi, qui, cum ad uſum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, & iis, qui præ ſenio deficiunt, & in diem videntur morituri, etiamſi alia infirmitate.*

*Infirmis autem, qui, dum ſanâ mente & integris ſenſibus eſſent, illud petierunt, ſeu veriſimiliter petiiſſent, ſeu dederunt ſigna contritionis, aut ſaltem interpretative deſideraverunt, ſi nimirum Chriſtiane vixerunt, etiamſi deinde loquelam, vel omnem rationis uſum, amiſerint, vel amentes effecti ſint, aut non ſentiant; nihilominus Sacramentum hoc, ex officio, adeoque ſub gravi obligatione, adminiſtrare tenetur Parochus; & quidem ex communi ſententia certò ſub mortali, ſi infirmus alioquin ſine omni Sacramento decedere deberet non ſine periculo æternæ damnationis, quod ſolum attritus cum Sacramento evitaſſet.* Nav. in Man. c. 22. n. 13. Chap. de Sacr. c. 5. q. 1. & 2. Laym. l. 5. tr. 8. c. 7. n. 3.

*Impœnitentibus vero, & qui in manifeſto peccato mortali moriuntur, & excommunicatis, & nondum baptizatis, penitus denegetur.*

*Non miniſtretur etiam prælium inituris, aut navigationem aut peregrinationem aut alia pericula ſubituris, aut reis ultimo ſupplicio mox afficiendis, aut pueris rationis uſum non habentibus.*

*Si quis autem laboret in extremis, & periculum immineat, ne decedat antequam finiantur unctiones; cito ungatur, incipiendo ab*

*eo loco,* Per iſtam ſanctam unctionem, *&c. ut infra; deinde, ſi adhuc ſupervivat, dicantur Orationes prætermiſſæ, ſuo loco poſitæ.*

*Si verò, dum inungitur, infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat, & prædictas Orationes omittat.*

*Quod ſi dubitet, an vivat adhuc, unctionem proſequatur, ſub conditione pronunciando formam, dicens:* Si vivis, per iſtam ſanctam unctionem, *&c. ut infra.*

*Si autem acciderit, infirmum, poſt peccatorum ſuorum confeſſionem, ad exitum vitæ properare, tunc cum ſacro Viatico poterit, & Oleum infirmorum ad eum deferri per ipſum Sacerdotem, qui defert ſacram Euchariſtiam: ſi tamen alius Presbyter, vel Diaconus, qui Oleum ſanctum deferat, haberi poſſit, per ipſum deferatur; qui, ſuperpelliceo indutus, cum Oleo ſacro occulte delato, ſequatur Sacerdotem, Viaticum portantem, & poſtquam infirmus Viaticum ſumpſerit, inungatur à Sacerdote.*

*In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, niſi diuturna ſit, aut cum in infirmus convaluerit, atque iterum in periculum mortis inciderit.*

*Quinque vero corporis partes præcipue ungi debent, quas velut ſenſuum inſtrumenta homini natura tribuit; nempe oculi, aures, nares, os, & manus: attamen pedes etiam, pectus & renes ungendi ſunt. Mulier vero, aut puerpera, aut fluxu laborans, in pectore aut pedibus ungi non debet, ſed ſatis eſt, eas corporis partes facto crucis ſignaculo benedici. Vir autem, ſi commode verti poſſit, & moris ſit, ungatur in renibus.*

*Manus verò, quæ reliquis infirmis interiùs ungi debent, Presbyteris exteriùs ungantur.*

*Dum oculos, aures, & alia corporis membra, quæ paria ſunt, Sacerdos ungit, caveat, ne, alterum ipſorum inungendo, Sacramenti formam priùs abſolvat, quam ambo hujuſmodi paria membra perunxerit.*

*Si quis autem ſit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eâdem verborum formâ.*

*Hujus autem Sacramenti forma, qua Sancta Romana Eccleſia utitur, ſolemnis illa precatio eſt, quam Sacerdos ad ſingulas unctiones adhibet, cum ait:*

Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per viſum, ſive per auditum, &c. deliquiſti. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

## Ordo miniſtrandi Sacramentum Extremæ Vnctionis.

*Sacerdos igitur, hoc Sacramentum miniſtraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum menſam, mappâ candidâ coopertam, itemque vas, in quo ſit bombacium, ſeu quid ſimile, in ſeptem globulos diſtinctum, ad abſtergendas partes inunctas; medullam panis ad detergendos digitos, & aquam ad abluendas Sacerdotis manus, ceream item candelam, quæ deinde, accenſa, ipſi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut, quantâ poterit munditiâ ac nitore, hoc Sacramentum miniſtretur.*

*Deinde, convocatis Clericis, ſeu miniſtris, vel ſaltem uno Clerico, qui crucem ſine haſta, aquam benedictam cum aſperſorio, & librum Ritualem deferat, ipſe Parochus decenter accipit vas ſacri Olei infirmorum, ſacculo ſerico violacei coloris incluſum, illudque caute defert, ne effundi poſsit. Quod ſi longius iter peragendum, aut etiam equitandum ſit, vel alias adſit periculum effuſionis, vas Olei, ſacculo aut burſæ incluſum, ut dictum eſt, ad collum appendat, ut commodius & ſecurius perferat. Procedat autem ſine ſonitu campanulæ.*

*Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos, intrans cubiculum, dicit:* Pax huic domui. *Reſp.* Et omnibus habitantibus in ea.

*Deinde depoſito Oleo ſuper menſam, ſuperpelliceo ſtolaque violacea indutus, ægroto Crucem pie deoſculandam porrigit: mox in modum crucis eum aquâ benedicta, & cubiculum, & circumſtantes, aſpergit, dicens Antiphonam,* Aſperge, &c. *ut ſupra.* Pag. 123. *Quod ſi ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & abſolvat. Deinde piis verbis illum conſoletur, & de hujus Sacramenti vi atque efficacia, ſi tempus ferat, breviter admoneat, &, quantum opus eſt, ejus animam confirmet, & in ſpem erigat vitæ æternæ.*

## Exhortatio ad ægrotum, Oleo ſacro ungendum.

GEliebter in Chriſto dem Herrn. Nach dem euch der Allmächtig Gott mit gegenwertiger ſchweren Kranckheit hat heimbgeſucht/ ſo thut ewer Gemüt vor allen dingen zur heilſamen Gedult vnd ſanfftmütigkeit richten/ Inſonderheit aber euch vnter ſeine gewaltige Hand gehorſamblich diemütigen/ Vnd alſo ſeiner Göttlichen Majeſtät zu deroſelben wolgefallen vnd gnädigem Willen euch vntergeben/ damit jhr mit hertzlichen vertrawen ſagen vnd bitten könnet: O Herr/ dein Will geſchehe/ wie im Himmel/ alſo auch auff Erden. Dan Geſundheit vnd Kranckheit/ Todt vnd Leben/ ſtehet alles in ſeiner Hand/ Er hat vns erſchaffen/ vnd auff die Welt geben/ nit das wir Ewig darauff ſollen bleiben/ ſonder das wir zu ſeiner Zeit/ wann wir nach ſeiner Göttlichen diſpoſition vnd verordnung das geſteckte Ziel erreicht haben/ widerumb von der Welt ſollen abſcheiden.

Wie

Wie es nun der Allmächtig Gott/ der wol weis/ was euch zur Seeligkeit nützlich iſt/ mit euch machet/ alſo laſt euchs gefallen / vnd ſeit nit kleinmütig noch vngedultig. Iſt es der Göttlichen Majeſtät alſo gefällig / daß Er euch durch dieſe Kranckheit von dieſer bittern vnd ſchnöden Welt wil hinweg nemmen/ ſo geſchehe es im Namen des Herzen/ vnd gebt euch freiwillig darein/ dan es iſt ein nützlicher tauſch / vnd ein heilſamer wechſſel / wann man für ein zeitlichs / trübſeligs vnd ſterblichs / das Ewig/ vnſterblich vnd frewdenreiches Leben erlangt. So lang wir hie leben / ſeind wir der böſen ſchnöden Welt vnd allen gefährlichen Zeiten vnterworffen / haben nichts anders/ als Armut/Kranckheit/ Jammer/ Elend/Schmach vnd Schand / Angſt vnd Noth / Anfechtung vnd Hertzenleid / auch ſonſt allerlei Trübſeligkeiten zuerwarten. Wann wir aber ſterben / vnd durch den Todt zum Himmliſchen Vatter reiſen / ſo nemmen alle diſe Ding jhr End. Gott wird abwiſchen alle Zeheren von jhren Augen/ſpricht der H. Johannes/ vnd der Tod wird nimmer ſein / dann dieſe ding ſeind alle vergangen / da wird kein Noth mehr ſein / vnd ſie werden nicht bedürffen einigerlei Liechter / oder das Liecht der Sonnen/ dann Gott der Herz wird ſie erleuchten / vnd ſie werden Regieren jmmer vnd ewiglich. Darumb laſſet euch nit verdrieſſen/ ob jhr gleich in dieſer Kranckheit ewer zeitliches trübſeeliges Leben müſſet verlaſſen / Allein laſſet euch angelegen ſein/vnd richtet ewere Sachen dahin/ damit jhr das zeitlich Leben in der gnaden Gottes mit einem guten Chriſtlichen End beſchlieſſen / vnd entgegen das ewige Leben vnverhinderlich ergreiffen möget / Darzu aber gehören nun zwei ſtuck.

Erſtlich / daß jhr euch mit den heiligen Sacramenten/

welche den Menſchen mit Gott vereinigen / auch alle anligende Noth ringern / ohne verlängerung verſehen laſſet.

Darnach vnd zum andern / weil ewer vnd aller Menſchen verdienſt viel zu gering / daß ſich einer der Seligkeit auß verdienſt ſeiner eignen Werck getröſten kan / wil ſich gebüren / das jhr ewer gantzes vertrawen auff das gnadenreiche Verdienſt IESV CHRISTI, vnd auff ſeine grundloſe Barmhertzigkeit ſetzet / dan Er iſt der einige Heiland / darzu wir nit allein in dieſem Leben / ſonder auch an vnſerm letzten Ende / fliehen müſſen.

Den Erſten punct belangend / nach dem jhr euch durch wahre Buß / Beicht / auch empfahung deß Hochwürdigen Sacraments deß Altars / mit Gott verſöhnet vnd vereiniget habt / iſt von nöthen zum beſchluß vnd glückſeligen End ewres Lebens / daß jhr euch mit dem Sacrament der letzten Oelung auch verſehen laſſet / Nach der Lehr deß heiligen Apoſtels Jacobi. Iſt jemand kranck vnter euch / ſpricht er / der fodere zu jhm die Prieſter / vnd laſſe über jhn betten / vnd jhn ſalben mit Oel im Namen deß Herrn / vnd das Gebett deß Glaubens wird den Krancken helffen / vnd der Herr wird jhn ringern / vnd / ſo er hat Sünd gethan / werden ſie jhm verziehen.

Alſo iſt nun diß Sacrament euch vnd allen Chriſtgläubigen zu ſonderbarem groſſen Nutz verordnet / dan dadurch erlangt jhr Krafft / Gnad vnd Stärcke / des Teufels Tyrannei vnd gewalt zu meiſtern / vnd demſelben widerſtand zu thun.

Zum andern / werden euch dadurch die läßliche Sünd hinweg genommen.

Zum dritten / machet dieß Sacrament die Seel ledich von jhrer Schwach- vnd Schwermütigkeit / welche ſie

durch die Sünd an ſich gezogen hat / vnd ſonſt auch van allem Vnrath/denn die Sünd hinter jhr pflegt zu laſſen.

Zum vierdten / habt jhr auch die geſundheit deß Leibs dadurch zuverhoffen / ſo fern es das Heil ewerer Seelen alſo erfordert / dan der Allmägtig Gott weiß/ was euch nütz iſt / welcher auch ewre Kranckheit zum beſten wird wiſſen zu richten.

Wann nun alle ewere Sachen zu einem guten glückſeeligen End ſein alſo angeſtellt/ vnd das jhr euch/als ein Chriſtlicher Kämpffer/ mit allen Sacramenten habt gewaffnet/ſo wendet ewer Hertz vnd Gemüt auff die Gnadenreiche Barmhertzigkeit Gottes / ſetzt ewer vertrawen auff Jeſum Chriſtum / vnd ſein heiliges hochthewres Verdienſt. Gedenckt an ſeine vnermeßliche Lieb/ damit er euch vnd das gantze menſchlich Geſchlecht hat vmbfangen. Gedenckt an ſein heiligſtes roſenfarbes Blut/ ſo Er für euch vnd vns alle vergoſſen hat. Gedenckt an ſein bitteres Leiden vnd Sterben / dadurch jhr vnd alle Menſchen ſeit erlöſet worden / dan in Chriſto ewrem Erlöſer findet jhr alles/ was ewer vertrawen vnd hoffnung ſtärcken mag: Jn ſeinem heiligſten gebenedeiten Hertzen findet jhr die bezahlung der Schuld: Jn ſeinem Ambt findet jhr die Vertrettung bei dem Himmliſchen Vatter: Jn ſeinem Blut die genugthuung: Jn ſeinem heiligſten Wunden das Heil: Jn ſeiner Verſöhnung das ewige Leben. Amen.

Deinde vertat ſe ad circumſtantes, dicendo:

IHr Andächtige vnd geliebte in dem Herrn/laſt vns Gott den Allmägtigen von gantzem Hertzen anruffen / vnd demütiglich bitten / daß er vns gnädiglich erhöre/ vnd durch das bitter Leiden vnd Sterben

ſeines eingebornen Sohns Jeſu Chriſti unſers Herrn/ auch durch die Fürbitt ſeiner lieben Heiligen/ dieſem Krancken alles was jhm nütz und gut iſt / zu Seel und Leib / verleihen wolle. Sprechet darauff mit Andacht das heilige Vatter unſer/ und Ave Maria.

*Poſtea ſtans, verſus ægrotum, dicat:*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

*Reſp.* Qui fecit cælum & terram.

*Verſ.* Dominus vobiſcum.

*Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INtroëat, Domine Ieſu Chriſte, domum hanc ſub noſtræ humilitatis ingreſſu, æterna felicitas, divina proſperitas, ſerena lætitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus dæmonum; adſint Angeli pacis, domumque hanc deſerat omnis maligna diſcordia. Magnifica, Domine, ſuper nos nomen ſanctum tuum: & benedic ✠ noſtræ converſationi: ſanctifica noſtræ humilitatis ingreſſum, qui ſanctus & pius es, & permanes cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oremus, & deprecemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum

cuſtodem, & faciat eos ſibi ſervire, ad conſiderandum mirabilia de lege ſua: avertat ab eis omnes contrarias poteſtates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

EXaudi nos, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes, habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*Quæ Orationes, ſi tempus non patiatur, ex parte, vel in totum, poterunt omitti. Tum, de more facta confeſſione generali, Latino vel vulgari ſermone, Sacerdos dicat:* Miſereatur tui *&c.* Indulgentiam, abſolutionem, *&c.*

*Tunc Presbyter pro loco, tempore, & adſtantium numero vel qualitate, recitabit ſeptem Pſalmos pœnitentiales (vel, ſi tempus non ferat, ſaltem Pſalmum* Miſerere) *cum Litaniis, Verſiculis & Orationibus.*

# SEPTEM PSALMI POENITENTIALES, CVM LITANIIS,

*Pro infirmis, antequam vel dum ſacro liniuntur Oleo, ſeu pro alia neceſſitate, dicuntur flexis genibus.*

*Antiph.* Ne reminiſcaris. *Pſalm.* 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine uſquequo?

Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes, qui operamini ini-

qui-

quitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.
Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.
Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur & erubeſcant valde velociter.
Gloria Patri.

*Pſalmus* 31.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.
Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum : nec eſt in ſpiritu ejus dolus.
Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea : dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua : converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.
Delictum meum cognitum tibi feci: & injuſtitiam meam non abſcondi.
Dixi, Confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino : & tu remiſiſti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſanctus : in tempore opportuno.
Veruntamen in diluvio aquarum multarum : ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate juſti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri. *Pſalm.* 37.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſint mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miſer factus ſum, & curvatus ſum uſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei: adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt.

Et qui juxta me erant, de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et, qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem, tanquam ſurdus, non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperavi: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intende in adjutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri.

*Pſalmus* 50.

MIſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Beni-

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : ut ædificentur muri Ieruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta ; tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri. *Pſalmus* 101.

DOmine, exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die invocavero te : velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei : & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum ut fœnum , & aruit cor meum : quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei : adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis : factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi : & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei : & qui laudabant me, adverſum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam : & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ : quia elevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinaverunt : & ego ſicut fænum arui.

Tu autem, Domine, in æternum permanes: & memoriale tuum in generationem & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion : quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſervis tuis lapides ejus : & terræ ejus miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium : & non ſprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera : & populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: ut ſolveret filios interemptorum.

Vt annuntient in Sion nomen Domini : & laudem ejus in Ieruſalem.

In conveniendo populos in unum : & reges ut ſerviant Domino.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generationem & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes, ſicut veſtimentum, veteraſcent.

Et, ſicut opertorium, mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filii ſervorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Gloria Patri.

*Pſalmus* 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus: ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſraël in Domino.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri. *Pſalmus* 142.

DOmine, exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judicium cum ſervo tuo: quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperavi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum, Domine, vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego ſervus tuus ſum.

Gloria Patri.

*Antiph.* Ne reminiſcaris, Domine, delicta noſtra, vel parentum noſtrorum; neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

## L I T A N I Æ.

KYrie eleïſon.
Chriſte eleïſon.
Kyrie eleïſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | |
|---|---|
| Sancta Dei genitrix , | ora. |
| Sancta Virgo virginum , | ora. |
| Sancte Michaël , | ora. |
| Sancte Gabriël , | ora. |
| Sancte Raphaël , | ora. |
| Omnes ſancti Angeli & Archangeli , | orate. |
| Omnes ſancti beatorum Spirit. ordines, | orate. |
| Sancte Ioannes Baptiſta , | ora. |
| Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, | orate. |
| Sancte Petre , | ora. |
| Sancte Paule , | ora. |
| Sancte Andrea , | ora. |
| Sancte Iacobe , | ora. |
| Sancte Ioannes , | ora. |
| Sancte Thoma , | ora. |
| Sancte Iacobe , | ora. |
| Sancte Philippe , | ora. |
| Sancte Bartholomæe , | ora. |
| Sancte Matthæe, | ora. |
| Sancte Simon , | ora. |
| Sancte Thaddæe , | ora. |
| Sancte Mathia , | ora. |
| Sancte Barnaba , | ora. |
| Sancte Luca , | ora. |
| Sancte Marce , | ora. |
| Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, | orate. |
| Omnes ſancti Diſcipuli Domini , | orate. |

Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane & Sebaſtiane, orate.
Sancti Ioannes & Paule, orate.
Sancti Coſma & Damiane, orate.
Sancti Gervaſi & Protaſi, orate.
Sancti Criſpine & Criſpiniane, orate.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Silveſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orat.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes & Levitæ, orate.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.

Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis Domine.
Propitius eſto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Libera.
Ab ira tua, Libera.
A ſubitanea & improviſa morte, Libera.
Ab inſidiis Diaboli, Libera.
Ab ira & odio, & omni mala voluntate, Liber.
A ſpiritu fornicationis, Libera.
A fulgure & tempeſtate, Libera.
A morte perpetua, Libera.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, Lib.
Per adventum tuum, Libera.
Per Nativitatem tuam, Libera.
Per Baptiſmum & ſanctum jejunium tuum, Libera.
Per Crucem & Paſſionem tuam, Libera.
Per mortem & ſepulturam tuam, Libera.

Per ſanctam Reſurrectionem tuam, Libera.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, Libera.
Per adventũ Spiritus ſancti Paracliti, Libera.
In die judicii, Libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogamus.
Vt nobis indulgeas, Te rogamus.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, Te rogamus.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſervare digneris, Te rogamus.
Vt domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines, in ſancta religione conſervare digneris, Te rogamus.
Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, Te rogamus.
Vt Regibus & Principibus Chriſtianis pacem & veram concordiam donare digneris, Te rogamus.
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem & unitatem largiri digneris, Te rogamus.
Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare & conſervare digneris, Te rogamus.
Vt mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigas, Te rogamus.
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, Te rogamus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vt animas noſtras,fratrum,propinquorum,& benefactorum noſtrorum, ab æterna damnatione eripias, Te rogamus.

Vt fructus terræ dare & conſervare digneris, Te rogamus.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei,qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter *ſecreto.* *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo.

*Pſalmus* 69.

DEus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina.

Confundantur, & revereantur: qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avertantur ſtatim erubeſcentes : qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes,qui quærunt te : & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenus & pauper ſum: Deus adjuva me.

Adjutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, *&c.*

*Verſ.*Salvos fac ſervos tuos. *Reſp.*Deus meus ſperantes in te. *Verſ.*Eſto nobis Domine turris fortitudinis. *Reſp.*A facie inimici. *Verſ.*Nihil proficiat inimicus in nobis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Verſ.* Domine,non ſecundum peccata noſtra facias nobis. *Reſp.*Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. *Verſ.* Oremus pro Pontifice noſtro *N. Reſp.*Dominus conſervet eum, & vivificet eum; & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus. *Verſ.* Oremus pro benefactoribus noſtris. *Reſp.*Retribuere dignare Domine omnibus, nobis bona facientibus propter nomen tuum, vitam æternam. Amen. *Verſ.* Oremus pro fidelibus defunctis. *Reſp.* Requiem æternam dona eis Domine,& lux perpetua luceat

eis. *Verſ.* Requieſcant in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Pro fratribus noſtris abſentibus. *Reſp.* Salvos fac ſervos tuos, Deus meus ſperantes in te. *Verſ.* Mitte eis Domine auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eos. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt, miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: ut nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

EXaudi, quæſumus Domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis, Domine, miſericordiam tuam clementer oſtende: ut ſimul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro *N.* & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ: ut, te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, &, hoſtium ſublatâ formidine, tempora ſint tuâ protectione tranquilla.

URe igne ſancti Spiritus renes noſtros & cor noſtrum, Domine, ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut cuncta noſtra oratio & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris ſimul & mortuorum, omniumque miſereris quos tuos fide & ope-

re futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus, ut, pro quibus effundere preces decrevimus, quoſve vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum, jam exutos corpore, ſuſcepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Verſ.* Exaudiat nos omnipotens & miſericors Dominus. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. *Reſp.* Amen.

*His peractis, Sacerdos accedit ad lectum infirmi, &, extenſâ manu dexterâ, facit ter ſignum Crucis ſuper eum, dicens:*

IN nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ ſancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum, & per invocationem omnium ſanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum atque omnium ſimul Sanctorum. Amen.

*Deinde, intincto pollice in Oleo ſancto, in modum Crucis ungit infirmum, in partibus hîc ſubſcriptis, aptando propriis locis verba formæ, in hunc modum.*

*Ad Oculos.*

PEr iſtam ſanctam ✠ unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per viſum deliquiſti. In nomine Patris, & Filii, ✠ & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Miniſter vero, ſi eſt in Sacris, vel ipſemet Sacerdos, poſt quamlibet unctionem tergat loca inuncta, novo globulo bombacii, vel rei ſimilis; eaque in vaſe mundo reponat, & ad Ecclèſiam poſtea deferat, comburat, cinereſque projiciat in ſacrarium.*

*Ad Aures.*

PEr iſtam ſanctam ✠ unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquiſti. In nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Ad Nares.*

PEr iſtam ſanctam ✠ unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquiſti. In nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Ad Os, compreſſis labiis.*

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per guſtum & locutionem deliquiſti. In nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Ad Pectus.*

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per cogitationes & affectus cordis deliquiſti. In nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Nota bene, in pectore non inungi feminas, ſed ſolos viros.*

*Ad Manus.*

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per tactum deliquiſti. In nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Et adverte, quod Sacerdotibus, ut dictum eſt, manus non inungantur interius, ſed exterius.*

*Ad Pedes.*

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per greſſum deliquiſti. In nomine Patris, & Fi✠lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ad Lumbos ſive renes, ubi moris eſt.*

PEr iſtam ſanctam unctionem ✠, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per lumborum delectationem deliquiſti. In nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Hæc autem unctio ad lumbos, ut dictum eſt, omittitur ſemper in feminis; atque etiam in viris, qui, ob infirmitatem vix, aut ſine periculo moveri non poſſunt.*

*Deinde Sacerdos dicit:*

Sit tibi hæc unctio Olei ſanctificati, ad purificationem mentis ac corporis, & ad munitionem ac defenſionem, contra ſæva jacula immundorum ſpirituum. *Reſp.* Amen.

*Poſt hæc, ſtupâ accenſâ aut in ignem projectâ, manibuſque ſale pane & aqua ablutis, Sacerdos pergit:*

Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter, *&c.* *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Salvum fac ſervum tuum. (ancillam tuam.) *Reſp.* Deus meus ſperantem in te. *Verſ.* Mitte ei Domine auxilium de ſancto. *Reſp.* Et te Sion tuere eum. (eam.) *Verſ.* Eſto ei Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in eo. (ea.) *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Verſ.* Domine, exaudi orationem

meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus, qui per Apoſtolum tuum Iacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis? inducat preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini; & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; &, ſi in peccatis ſit, remittentur ei: cura, quæſumus, Redemptor noſter, gratiâ ſancti Spiritus languores iſtius infirmi, (infirmæ,) ejuſque ſana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis & corporis ab eo (ea) expelle, plenamque interius & exterius ſanitatem miſericorditer redde, ut, ope miſericordiæ tuæ reſtitutus, (reſtituta,) ad priſtina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

REſpice, quæſumus Domine, famulum tuum *N.* (famulam tuam *N.*) infirmitate ſui corporis fatiſcentem, & animam refove, quam creaſti; ut, caſtigationibus emendatus, (emendata,) ſe tuâ ſentiat medicinâ

ſalvatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui, benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis; ad invocationem tui nominis benignus aſſiſte, ut famulum tuum (famulam tuam) ab ægritudine liberatum, (liberatam,) ſanitate donatum, (donatam,) dexterâ tuâ erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque Eccleſiæ tuæ ſanctæ, cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde, aſſumpta imagine S. Crucis, facit ſuper infirmum ſequentes benedictiones, dicens:*

DOminus noſter Ieſus Chriſtus apud te ſit, ut te de ✠ fendat. Intra te ſit, ut te reſi ✠ ciat. Circa te ſit, ut te conſer ✠ vet. Ante te ſit, ut te dedu ✠ cat. Poſt te ſit, ut te confor ✠ tet. Super te ſit, ut te undique muniat & bene ✠ dicat. Spiritus ſanctus deſcendat, & maneat ſuper te. *Reſp.* Amen.

Propitietur Dominus cunctis iniquitatibus tuis. *Reſp.* Amen.

Et ſanet omnes languores tuos. *Reſp.* Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Redimatque de interitu vitam tuam. *Reſp*. Amen.

Et faciat in omnibus bonis deſiderium tuum. Qui ſolus in Trinitate unus Deus vivit & regnat, in ſæcula ſæculorum. Amen. Pax tecum.

*Poſtea extendit manum dexteram, vel, ſi commode poteſt, tangit caput ipſius infirmi, dicendo:*

Sanet te Deus Pater, qui te creavit in carne.

Sanet te Filius, qui pro te paſſus eſt in cruce.

Sanet te Spiritus ſanctus, qui tibi infuſus eſt in Baptiſmate.

Sancta & laudabilis Trinitas, unus Deus, gratiam ſuam, ad profectum ſalutis animæ & corporis, in te augeat, & ab omni malo te liberet, ac in bono jugiter conſervet. Qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Ad extremum, pro perſonæ qualitate, ſalutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, & ad fugandas dæmonum tentationes roboretur; hoc fere modo:*

GEliebter in Chriſto / dieweil jhr in dieſer Ewrer anligenden Noth / nach gewiſſer verheiſſung vnd zeugnuß der H. Schrifft / mit Gottes Gnaden ewre ſchwachheit erſetzt vnd geſterckt habt / ſo ſollet jhr in ewrem gütigen Gott vnd ſeinen Gnaden getroſt / wieder alle anfechtung der Sünden vnd des Teuffels dapffer kämpffen vnd ſtreitten / vnd in keinen zweiffel ſetzen / der

Allmägtig Gott / der zu erbarmen mild vnd geneigt iſt / werde ewre Sünden / in den vielen vnd thewren verdienſten Chriſti ewres Erlöſers leicht verbergen / vnd ewre Mißhandlung vmb Chriſti willen / der jhm wolgefällt / deß Glied jhr worden ſeit / leicht vergeſſen / vnd könne wider alle anſtellung vnd trennung des Teuffels / durch ſeine Gnad euch wol erhalten / daß jhr vor dem Gewalt des Feindes wol ſicher bleiben werdet in Chriſto ewrem Erlöſer / der ſchon zuvor den Teuffel für euch vberwunden vnd krafftloß gemachet hat. Jn demſelben ewrem Seligmacher werdet jhr wol von Sünden vnd verdamnuß erlöſet werden / vnd ewre Seel zu dem ewigen Leben / Frewd / vnd Seligkeit erhalten mögen. Die verleihe euch vnd vns allen der Allmägtig gütig vnd Barmhertzig Gott / durch Chriſtum Jeſum vnſern Herrn / Amen.

*Quibus omnibus peractis, admonebit domeſticos & miniſtros infirmi, ut, ſi morbus ingraveſcat, vel infirmus incipiat agonizare, ſtatim ipſum Parochum accerſant, ut morientem adjuvet, ejuſque animam Deo commendet: ſed, ſi mors immineat priuſquam diſcedat, Sacerdos animam Deo rite commendabit.*

# DE VISITATIONE
## ET CVRA INFIRMORVM.

*PArochus in primis meminiſſe debet, non poſtremas eſſe muneris ſui partes, ægrotantium curam habere. Quare, cum primum noverit, quempiam ex fidelibus curæ ſuæ commiſſis ægrotare, non exſpectabit ut ad eum vocetur, ſed ultro ad illum accedat, idque non ſemel tantum, ſed ſæpius, quatenus opus fuerit: horteturque parochiales ſuos, ut ipſum admoneant, cum aliquem in Parochia*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſua ægrotare contigerit, præcipue ſe morbus gravior fuerit.*

*Ad hoc juvabit, præſertim in amplis Parochiis, ægrotorum notam ſeu catalogum habere, ut cujuſque ſtatum & conditionem cognoſcat, eorumque memoriam facilius retinere, & illis opportune ſubvenire poſſit.*

*Quod ſi Parochus, legitime impeditus, infirmorum (ut quando plures ſunt,) viſitationi interdum vacare non poteſt; id præſtandum curabit per alios Sacerdotes, ſi quos habet in Parochia ſua, aut ſaltem per laicos homines, pios, & Chriſtiana charitate præditos.*

*Ægrotos viſitans, eâ qua Sacerdotes Domini decet honeſtate & gravitate ſe habeat, ut non ægris ſolum, ſed etiam ſibi & domeſticis, verbo & exemplo proſit ad ſalutem.*

*Eorum vero præcipuam curam geret, qui, humanis auxiliis deſtituti, benigni ac providi paſtoris charitatem & operam requirunt. Quibus ſi non poteſt ipſe ſuccurrere de ſuo, & eleemoſynas illis, prout debet ſi facultas ſuppetit, erogare; quantum fieri poteſt, ſive per Charitatis vel alterius nominis Confraternitatem, ſi in ea civitate vel loco fuerit, ſive per privatas ſive per publicas collectas & eleemoſynas, illorum neceſſitatibus ſuccurrendum curabit.*

*In primis autem ſpiritualem ægrotantium curam ſuſcipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via ſalutis eos dirigat, atque à diabolicis inſidiis, ſalutarium adjumentorum præſidio, defendat ac tueatur.*

*Accedat autem ad ægrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta, ad perſuadendum apta; ac præſertim Sanctorum exempla, quæ plurimum valent; quibus eum in Domino conſoletur, excitet, ac recreet. Horteturque, ut omnem ſpem ſuam in Deo ponat, peccatorum ſuorum pœniteat, divinam miſericordiam imploret, & infirmitatis pœnas, tamquam paternam Dei viſitationem, patienter ferat, & ad ſalutem ſuam proveniſſe credat, ut vitam moresque ſuos melius inſtituat.*

*Deinde, quâ par eſt prudentiâ & charitate, hominem ad ſacram confeſſionem inducat, & confitentem audiat, etiamſi velit totius vitæ peccata confiteri; ac, ſi opus fuerit, tam infirmo, quam ejus familiaribus vel propinquis, in memoriam revocet, quod Lateranenſis Concilii ac plurium ſummorum Pontificum decretis cavetur ſub gravibus pœnis, ne Medici ultra tertiam vicem ægrotos viſitent, niſi prius ipſis certò conſtet, illos confeſſionis Sacramento rite expiatos fuiſſe.*

*Illud præterea diligenter ſervari curabit, ne quis pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animæ convertatur.*

*Vbi verò periculum imminebit, Parochus monebit ægrotum, ne dæmonum aſtutiâ, neque Medicorum pollicitationibus, neque propinquorum aut amicorum blanditiis, ſe ullo modo decipi ſinat, quo minus ea, quæ ad animæ ſalutem pertinent, opportune procuret, &, qua par eſt devotione & celeritate, ſancta Sacramenta, dum ſana mens eſt integrique ſenſus, religioſe ſuſcipiat, citra fallacem illam ac pernicioſam procraſtinationem, quæ plurimos ad æterna ſupplicia perduxit, indieſque fallente diabolo perducit.*

*Quod ſi æger aliquis, hortationibus ac monitis Sacerdotum, vel amicorum & domeſticorum conſiliis, adduci non poteſt, ut velit peccata ſua confiteri, tunc non omnino deſperanda res eſt; ſed, quamdiu ille vivit, repetendæ ſunt frequentes, variæ, & efficaces Sacerdotum & aliorum piorum hominum exhortationes; præponendaque æternæ ſalutis damna, & ſempiternæ mortis ſupplicia; oſtendendaque immenſa Dei miſericordia, eum ad pœnitentiam provocantis, ad ignoſcendum paratiſsmi. Adhibendæ ſunt etiam tum privatæ tum publicæ ad Deum preces, ad divinam gratiam impetrandam pro ſalute miſeri decumbentis.*

*Videbit denique Sacerdos, quibus potiſsimum tentationibus aut pravis opinionibus æger ſit ſubjectus, eique, prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibebit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sacras imagines, Chriſti Domini crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, & Sancti quem æger præcipue veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vaſculum item adſit Aquæ benedictæ, qua frequenter aſpergatur.*

*Proponet etiam ægrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas breves Orationes, & pias mentis ad Deum excitationes; præſertim verſiculos è Pſalmorum libro, vel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, vel Paſsionis Domini noſtri meditationem, & Sanctorum martyria & exempla, ac cæleſtis gloriæ beatitudinem. Hæc tamen opportune & diſcrete ſuggerantur, ne ægroto moleſtia, ſed levamen, afferatur.*

*Conſoletur infirmum, dicens, ſe pro eo in Miſſæ ſacrificio & aliis precibus oraturum, curaturumque ut alii itidem pro eo faciant; idque reipſa præſtabit.*

*Si morbus gravior vel cum periculo fuerit, ægroto ſuadeat, ut, dum integra mente eſt, rem ſuam omnem recte conſtituat, & teſtamentum faciat; ſi quid habeat alienum, reſtituat, & ad remedium animæ ſuæ, pro facultatibus, quod in Domino ei placuerit, diſponat; ſed, hæc ſuggerendo, omnis avaritiæ nota caveatur.*

*Hortetur denique, ut, ſi convaluerit, ante omnia ad Eccleſiam veniat, ubi Deo gratias agat de reſtituta valetudine, & ſacram Communionem pie ſuſcipiat, ac deinceps meliorem vitæ diſciplinam teneat.*

*Sequentes preces, omnes vel ex parte, prout tempus & ægrotorum conditio feret, arbitrio Sacerdotis dici vel omitti poſſunt.*

*Sacerdos igitur, infirmi cubiculum ingreſſus, primum dicat:* Pax huic domui. *Reſp.* Et omnibus habitantibus in ea. *Mox infirmum, & lectum ejus, & cubiculum, aſpergat aquâ benedictâ, dicens*

*Anti-*

*Antiphonam.* Aſperges me Domine, *&c. ut ſu-*
Pag. 123. *pra. Deinde, erga infirmum, officium ſuum præſtet, ut ſupra dictum eſt. Quo præſtito, vel antequam diſcedat, dicere poterit, ſupra infirmum, aliquem Pſalmum ex quatuor prioribus Pœnitentialibus, vel Pſalm.* 90,
Pag. 186. Qui habitat in adjutorio *&c. cum* Gloria Patri *in fine. Poſtea dicat:* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter, *&c. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Salvum fac ſervum tuum. (ancillam tuam.) *Reſp.* Deus meus ſperantem in te. *Verſ.* Mitte ei Domini auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eum. (eam.) *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in eo. (ea.) *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Verſ.* Eſto ei Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Dominus opem ferat illi. *Reſp.* Super lectum doloris ejus. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt, miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: ut nos, & hunc famulũ tuum, (hanc famulam tuam,) quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

Deus,

Deus, infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui, ſuper infirmum famulum tuum, (infirmam famulam tuam,) oſtende virtutem, ut, ope miſericordiæ tuæ adjutus, (adjuta,) Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum, (hanc famulam tuam,) quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, &, glorioſa B. Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen.

*Deinde aſpergat cum aqua benedicta.*

*Qui ſequuntur Pſalmi, & Euangelia, cum Precibus, pro temporis etiam opportunitate & ægrotantium pio deſiderio, Sacerdotis arbitrio dici poterunt.*

*Pſalmus* 6. Domine ne in furore tuo arguas me, *&c. ut ſupra. in fine*, Gloria Patri. Sicut Pag. 148.
erat.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Verſ.* Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Matthæum. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

*Dum Sacerdos dicit :* Sequentia ſancti *&c. faciat ſignum crucis de more ſuper ſe, in fronte, ore, & in pectore; ſimiliter ſuper infirmum, ſi fuerit maſculus, & is ob infirmitatem non poteſt ſe ſignare.*

*Si autem fuerit femina, dum Sacerdos ſe ſignat, illa per ſemetipſam in locis prædictis ſe ſignet, ſi poteſt; ſi verò non poteſt, alia mulier eam ſignet; & hoc idem in ſequentibus Euangeliis ſervetur.*

*Matth.* 8.

IN illo tempore: Cum introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait: Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, Vade, & vadit; & alii, Veni, & venit; & ſervo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus, miratus eſt; & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſraël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum: filii autem regni ejicientur in tene-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni: Vade, & ,ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo *N.* (infirma famula tua *N.*) pro quo (qua) miſericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut, reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actiones. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pſalmus* 15.

COnſerva me, Domine, quoniam ſperavi in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra ejus: mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum; poſtea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & uſque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua uſque in finem.

Gloria Patri, & Filio, *&c.* Sicut erat *&c.*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Verſ.* Sequentia S. Euangelii ſecundum Marcum. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

*Marc.* 16.

IN illo tempore: Recumbentibus undecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus, & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum univerſum, prædicate Euangelium

omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis; ſerpentes tollent: &, ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Oremus.

Virtutum cæleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & omnem infirmitatem, præcepti tui poteſtate, depellis: adeſto propitius huic famulo tuo *N.* (famulæ tuæ *N.*) ut, fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen ſanctum tuum, inſtaurata protinus ſanitate, benedicat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pſalmus* 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tueatur te.

Memor ſit omnis ſacrificii tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi ſecundum cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet.

Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi, quoniam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum.

Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.

Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Domine, ſalvum fac regem: & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria Patri, *&c.*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Verſ.* Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Lucam. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

*Luc.* 4.

IN illo tempore: Surgens Ieſus de Synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogaverunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperavit febri; & dimiſit illam: & continuo ſurgens, miniſtrabat illis. Cum autem ſol occidiſſet, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Ieſum. At ille, ſingulis manus imponens, curabat eos.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, infuſa virtutis tuæ dignatione, confirmas, ut ſalutaribus remediis pietatis tuæ corpora noſtra & mentes vegetentur: ſuper hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) propitius intende, ut, omni neceſſitate corporeæ infirmitatis exclusâ, gratia in eo (ea) priſtinæ ſanitatis perfectè reparetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pſalmus* 85.

INclina, Domine, aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus ſperantem in te.

Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam ſervi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine ſuavis, & mitis: & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudiſti me.

Non

Non eſt ſimilis tui in diis Domine : & non eſt ſecundum opera tua.

Omnes gentes, quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine : & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia : tu es Deus ſolus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua : lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam : & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.

Et tu Domine Deus, miſerator & miſericors : patiens, & multæ miſericordiæ, & verax.

Reſpice in me, & miſerere mei : da imperium tuum puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur : quoniam

tu Do-

tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.

Gloria Patri. Sicut erat, *&c.*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Verſ.* Sequentia ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

*Joannis* 5.

IN illo tempore: Erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam; & movebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Ieſus jacentem, & cognoviſſet, quia multum jam tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego,

alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi, qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit; Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogaverunt ergo eum: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi; Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat, quis eſſet. Ieſus autem declinavit à turba, conſtituta in loco. Poſtea invenit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Oremus.

RESpice, Domine, famulum tuum (famulam tuam) infirmitate ſui corporis laborantem, & animam refove quam creaſti, ut caſtigationibus emendatus, (emendata,) continuo ſe ſentiat tua medicina ſalvatum. (ſalvatam.) Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pſalmus* 90.

QVi habitat in adjutorio Altiſſimi: in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet

Dicet Domino, Suſceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus, ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium: & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis ejus ſperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te: ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem.

Quoniam in me ſperavit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

Gloria Patri. Sicut erat. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, infirmitatem famuli tui (famulæ tuæ) propitius reſpice, atque ad protegendum eum (eam) dexteram tuæ majeſtatis extende. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Completa Oratione ultima, Sacerdos imponat dexteram manum ſuper caput infirmi, & dicat:*

Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Ieſus, Mariæ filius, mundi ſalus, & Dominus, meritis & interceſſione ſanctorum Apoſtolorum ſuorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, ſit tibi clemens & propitius. Amen. *Poſtea dicat Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Verſ.* Initium ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc e-

rat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. *Reſp.* Deo gratias.

*Poſtea, benedicens infirmum, ſubjungat, dicens:*

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Deinde aſpergat eum aqua benedicta.*

*Si fuerint plures infirmi in eodem cubiculo vel loco, preces & orationes prædictæ dicantur ſuper eos in numero plurali.*

*Quæ omnia etiam poterunt arbitrio Sacerdotis breviora fieri.*

## Modus juvandi morientes.

*INgraveſcente morbo, Parochus infirmum frequentius viſitabit, & ad ſalutem diligenter juvare non deſinet; monebitque, inſtante periculo ſe confeſtim vocari, ut in tempore præſto ſit morienti; ſumptoque ſanctiſſimo Viatico, & ſacra Unctione adhibita, ſi periculum immineat, ſtatim commendationis animæ officium præſtabit, de quo infra. Sed, ſi tempus ſuppetat, ſequentia pietatis officia præſtare poterit, ubi ita expedire judicaverit pro conditione perſonæ.*

*Ac primo, ſi ægrotus indulgentiam, legitima autoritate conceſſam, conſequi poſſit, eam illi reducat ad mentem, proponatque quid ad eam conſequendam agi debeat: præſertim, ut contrito corde ſanctiſſimum nomen Ieſu ſemel vel ſæpius invocet.*

*Deinde hortetur infirmum & excitet, ut, dum mente viget, eliciat actus fidei, ſpei, & charitatis, aliarumque virtutum; nempe,*

*Vt firmiter credat omnes articulos fidei, & quidquid ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica credit & docet.*

*Vt ſperet, Chriſtum Dominum noſtrum, pro ſua immenſa clementia, ſibi fore propitium, & merito ejus Sanctiſſimæ Paſſionis, & per interceſſionem Beatæ Mariæ & omnium Sanctorum, ſe vitam æternam conſequuturum.*

*Vt toto corde diligat, & maxime diligere cupiat, Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati Sanctique omnes.*

*Vt, ob amorem Dei, doleat ex corde de omni offenſa, qualitercunque contra Dominum Deum & proximum commiſſa.*

*Vt ex corde, ob amorem Dei, parcat omnibus, qui ſibi quoquo modo fuerint moleſti aut inimici.*

*Vt ab iis veniam poſtulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.*

*Vt, quem patitur dolorem, & morbi moleſtiam, propter Deum, in pœnitentiam peccatorum ſuorum, patienter toleret.*

*Vt, ſi Dominus ſibi ſalutem corporis præſtare dignabitur, proponat, de cætero pro viribus ſuis à peccatis cavere, & ejus mandata ſervare.*

*Hortetur præterea, ut eo modo quo poteſt, ſaltem ex corde, ita per intervalla precetur.*

Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Erbarm dich meiner Gott/ nach deiner groſſen Barmhertzigkeit.

In te Domine ſperavi: non confundar in æternum.

In dich/ O Herr/ hab ich gehoffet: laß mich in Ewigkeit nit zu ſchanden werden.

In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum: redemiſti me, Domine Deus veritatis.

In dein Händ befehl ich meinen Geiſt/ du haſt mich erlöſet/ Herr/ du Gott der Warheit.

Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina.

O Gott / hab acht auff mein hilff: Herr / eile mir zu helffen.

Eſto mihi in Deum protectorem.

Sei mir ein beſchirmender Gott.

Deus, propitius eſto mihi peccatori.

Gott / bis mir Sünder gnädig.

Dulciſſime Domine Ieſu Chriſte, per virtutem ſanctiſſimæ Paſſionis tuæ, recipe me in numerum electorum tuorum.

O allerſüſſiſter Herr Jeſu Chriſte / durch die krafft deines allerheiligſten Leidens vnd Sterbens / nimb mich auff in die zahl deiner Außerwöhlten.

Domine Ieſu Chriſte, ſuſcipe ſpiritum meum.

Herr Jeſu Chriſte / nimb auff meinen Geiſt.

Maria, mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

Maria / du Mutter der Gnaden / du Mutter der Barmhertzigkeit / beſchütz vns vor dem Feinde / vnd nimb vns auff in der ſtund deß Todts.

Sancte Angele Dei, mihi cuſtos aſſiſte. Omnes ſancti Angeli, & omnes Sancti, intercedite pro me, & mihi ſuccurrite.

O heiliger Schutzengel / ſtehe mir bei. Alle heilige Engele / und alle Außerwöhlte Gottes / bittet für mich / vnd kombt mir zu hülff.

*Hæc, & his ſimilia, poterit prudens Sacerdos vul-*

*gari,*

*gari vel Latino ſermone, pro perſonæ captu, morienti ſuggerere.*

*Deinde, ſequentes preces, quanta poterit majori devotione, dicat; admoneatque domeſticos & circumſtantes, ut ſimul orent pro moriente.*

## Ordo commendationis Animæ.

P*Arochus, ad decedentis animæ commendationem accedens, Clericum, ſaltem unum, ſi poteſt, ſecum habeat, qui deferat vaſculum aquæ benedictæ, ſuperpelliceum, & ſtolam violaceam; quibus ipſe Sacerdos ante infirmi cubiculum indutus, locum ingrediens, dicat:* Pax huic domui. *Reſp.* Et omnibus habitantibus in ea.

*Deinde aſpergat ægrotum, lectum, & circumſtantes, aqua benedicta, dicens:* Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, *&c. ut ſupra.* Pag.123.

*Poſtea, Salvatoris noſtri Crucifixi imaginem ægroto oſculandam præbeat, verbis efficacibus eum ad ſpem æternæ ſalutis erigens; ipſamque imaginem coram eo ponat, ut, illam aſpiciens, ſalutis ſuæ ſpem ſumat.*

*Deinde, accenſa candela, genibus flexis, cum omnibus circumſtantibus breves Litanias devote recitet, in hunc modum:*

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sancta Maria, Ora pro eo. (ea.)

Omnes ſancti Angeli & Archangeli, Orate pro eo, (ea.)
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus juſtorum, orate.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro eo, (ea.)
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate pro eo, (ea.)
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Sylveſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate pro eo, (ea.)
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate.

Sancta

Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Lucia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate pro eo, (ea.)
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro eo, (ea.)
Propitius eſto, Parce ei Domine.
Propitius eſto, Libera eum (eam) Domine.
Propitius eſto, Libera.
Ab ira tua, Libera.
A periculo mortis, Libera.
A mala morte, Libera.
A pœnis inferni, Libera.
Ab omni malo, Libera.
A poteſtate diaboli, Libera.
Per Nativitatem tuam, Libera.
Per Crucem & Paſſionem tuam, Libera eum (eam) Domine.
Per mortem & ſepulturam tuam, Libera eum (eam) Domine.
Per glorioſam Reſurrectionem tuam, Libera eum (eam) Domine.
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, Libera eum (eam) Domine.
Per gratiam Spiritus ſancti Paracliti, Libera eum (eam) Domine.
In die Iudicii, Libera.

Peccatores, Te rogamus, audi nos.
Vt ei parcas, Te rogamus.
Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleiſon.

*Deinde, cum, in agone ſui exitus, anima anxiatur, dicantur ſequentes Orationes.*

*Oratio.*

PRoficiſcere, anima Chriſtiana, de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: in nomine Ieſu Chriſti Filii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt: in nomine Spiritus ſancti, qui in te effuſus eſt: in nomine Angelorum & Archangelorum: in nomine Thronorum & Dominationum: in nomine Principatuum & Poteſtatum: in nomine Cherubim & Seraphim: in nomine Patriarcharum & Prophetarum: in nomine ſanctorum Apoſtolorum & Euangeliſtarum: in nomine ſanctorum Martyrum & Confeſſorum: in nomine ſanctorum Monachorum & Eremitarum: in nomine ſanctarum Virginum, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei: hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua in ſancta Sion. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Oratio.*

DEus miſericors, Deus clemens, Deus, qui, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis evacuas: reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum *N.* (hanc famulam tuam *N.*) & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum tota cordis confeſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renova in eo, piiſſime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum eſt: & unitati corporis Eccleſiæ membrum redemptionis annecte. Miſerere, Domine, gemituum, miſerere lacrymarum ejus: &, non habentem fiduciam niſi in tua miſericordia, ad tuæ ſacramentum reconciliationis admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

COmmendo te omnipotenti Deo, chariſſime frater (vel ſoror,) & ei, cujus es creatura, committo: ut, cum humanitatis debitum, morte interveniente, perſolveris, ad autorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore, ſplendidus Angelorum cœtus occurrat: judex Apoſtolorum tibi ſena-

tus adveniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confeſſorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis, in ſinu Patriarcharum, te complexus aſtringat: mitis atque feſtivus Chriſti Ieſu tibi aſpectus appareat, qui te inter aſſiſtentes ſibi jugiter intereſſe decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod ſtridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Satanas cum ſatellitibus ſuis; in adventu tuo, te comitantibus Angelis, contremiſcat, atque in æternę noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei: & juſti epulentur, & exultent, in conſpectu Dei. Confundantur igitur & erubeſcant omnes tartareæ legiones; & miniſtri Satanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Liberet te ab æterna morte Chriſtus, qui pro te mori dignatus eſt. Conſtituat te Chriſtus, Filius Dei vivi, intra Paradiſi ſui ſemper amœna virentia, & inter oves ſuas te verus ille

Paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te abſolvat, atque ad dexteram ſuam in electorum ſuorum te ſorte conſtituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas; &, præſens ſemper aſſiſtens, manifeſtiſſimam beatis oculis aſpicias veritatem. Conſtitutus igitur inter agmina Beatorum, contemplationis divinæ dulcedine potiaris in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Oratio.*

SVſcipe, Domine, ſervum tuum (famulam tuam) in locum ſperandæ ſibi ſalvationis à miſericordia tua. *Reſp.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui (famulæ tuæ) ex omnibus periculis Inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. *Reſp.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti Enoch & Eliam de communi morte mundi. *Reſp.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (famulæ tuæ, ) ſicut liberaſti Noë de diluvio. *Reſp.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti Abraham de Vr Chaldæorum. *Reſp.* Amen.

Libera, Domine, animam ſervi tui, (famu-

læ tuæ,) ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. *Reſp.* Amen.

Libera Domine animam ſervi tui,(famulæ tuæ,) ſicut liberaſti Loth de Sodomis, & de flamma ignis. *Reſp.* Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis, Regis Ægyptiorum. *Reſp.* Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum. *Reſp.* Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu regis iniqui. *Reſp.* Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. *Reſp.* Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti David de manu regis Saul, & de manu Goliæ. *Reſp.* Amen.

Libera Domine animam ſervi tui, (famulæ tuæ,) ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carceribus. *Reſp.* Amen.

Et ſicut beatiſſimam Theclam, virginem & martyrem tuam, de tribus atrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberare digneris ani-

mam

mam hujus ſervi tui, (hujus famulæ tuæ,) & tecum facias in bonis congaudere cæleſtibus. *Reſp.* Amen.

*Oratio.*

COmmendamus tibi, Domine, animam famuli tui (famulæ tuæ;) precamurque te, Domine Ieſu Chriſte, Salvator mundi, ut, propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti, Patriarcharum tuorum finibus inſinuare non renuas. Agnoſce, Domine, creaturam tuam, non à diis alienis creatam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero: quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecundum opera tua. Lætifica, Domine, animam ejus in conſpectu tuo, & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, & ebrietatum quas ſuſcitavit furor ſive fervor mali deſiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, non negavit; ſed credidit, & zelum Dei in ſe habuit, & Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

*Oratio.*

DElicta juventutis & ignorantias ejus, quæſumus, ne memineris, Domine: ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam memor eſto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur illi Angeli. In re-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnum tuum, Domine, ſervum tuum (famulam tuam) ſuſcipe. Suſcipiat eum (eam) ſanctus Michaël Archangelus Dei, qui militiæ cæleſtis meruit principatum. Veniant illi obviam ſancti Angeli Dei, & perducant eum (eam) in civitatem cæleſtem Ieruſalem. Suſcipiat eum (eam) beatus Petrus Apoſtolus, cui à Deo claves regni cæleſtis traditæ ſunt. Adjuvet eum (eam) ſanctus Paulus Apoſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electionis. Intercedat pro eo (ea) ſanctus Ioannes electus Dei Apoſtolus, cui revelata ſunt ſecreta cæleſtia. Orent pro eo (ea) omnes ſancti Apoſtoli, quibus à Domino data eſt poteſtas ligandi atque ſolvendi. Intercedant pro eo (ea) omnes Sancti & electi Dei, qui pro Chriſti nomine tormenta in hoc ſæculo ſuſtinuerunt: ut, vinculis carnis exutus, (exuta,) pervenire mereatur ad gloriam regni cæleſtis: præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Si verò diutius laboret anima, poterit legi ſuper eum hoc Euangelium ſancti Ioannis.*

*Ioan.* 17.

SVblevatis oculis in cælum Ieſus dixit: Pater, venit hora; clarifica Filium tuum, ut

Filius

Filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,ut omne,quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego te clarificavi ſuper terram: opus conſummavi, quod dediſti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum, claritate, quam habui, priuſquam mundus eſſet, apud te. Manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Tui erant,& mihi eos dediſti: & ſermonem tuum ſervaverunt. Nunc cognoverunt,quia omnia, quæ dediſti mihi,abs te ſunt: quia verba,quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognoverunt vere quia à te exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt: & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt: & clarificatus ſum in eis. Et jam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt,& ego ad te venio. Pater ſancte,ſerva eos in nomine tuo quos dediſti mihi; ut ſint unum, ſicut & nos. Cum eſſem cum eis, ego ſervabam eos in nomine tuo.Quos dediſti mihi, cuſtodivi: & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis,ut Scriptura impleatur.Nunc

autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctifico me ipſum: ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me: ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te; ut & ipſi in nobis unum ſint; ut credat mundus, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis: ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ego in eis, & tu in me: ut ſint conſummati in unum: & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, volo ut, ubi ſum ego, & illi ſint mecum; ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Pater juſte, mundus te non cognovit. Ego autem te cognovi: & hi cognoverunt

quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, quâ dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Paſſio Domini noſtri Ieſum Chriſti
ſecundum Ioannem. *Cap.* 18.

IN illo tempore: Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans Torrentem Cedron, ubi erat hortus; in quem introivit ipſe, & diſcipuli ejus. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Ieſus convenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo, cum accepiſſet cohortem, & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Ieſus itaque, ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis: Ego ſum; abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quia ego ſum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. Vt impleretur ſermo, quem dixit: Quia, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus, habens gladium, eduxit eum: & per-

cuſſit pontificis ſervum: & abſcidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen ſervo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Cohors ergo, & tribunus, & miniſtri Iudæorum, comprehenderunt Ieſum, & ligaverunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Iudæis: Quia expedit, unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici; & introivit cum Ieſu in atrium pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exivit ergo diſcipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ: & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria: Numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum. Stabant autem ſervi & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogavit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ejus. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam locutus ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quò

omnes Iudæi conveniunt: & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid locutus ſim ipſis: ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixiſſet, unus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes pontifici? Reſpondit ei Ieſus: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis? Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex diſcipulis ejus es? Negavit ille, & dixit: Non ſum. Dicit ei unus ex ſervis pontificis, cognatus ejus cujus abſcidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus: & ſtatim gallus cantavit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis adverſus hominem hunc? Reſponderunt, & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram judicate eum. Dixerunt ergo ei

Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: ſignificans, qua morte eſſet moriturus. Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Ieſum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus: Numquid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti? Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus: Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati: omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, iterum exivit ad Iudæos; & dicit eis: Ego nullam invenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Paſcha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamaverunt ergo rurſum omnes, dicentes: Non hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.
Cap. 19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, &

flagel-

flagellavit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti ejus: & veſte purpureâ circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave rex Iudæorum: & dabant ei alapas. Exivit ergo iterum Pilatus foras; & dicit eis: Ecce, adduco vobis eum foras, ut cognoſcatis, quia nullam invenio in eo cauſam. Exivit ergo Ieſus, portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum. Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum Pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori; quia filium Dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterum: & dixit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem adverſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea, qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

autem clamabant,dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem, cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum; & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóſtrotos, Hebraice autem Gábbatha. Erat autem paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta; & dicit Iudæis: Ecce rex veſter. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices: Non habemus Regem,niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum,& eduxerunt. Et bajulans ſibi crucem,exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, Hebraice autem Gólgotha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus eſt Ieſus: & erat ſcriptum Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli ſcribere: Rex Iudæorum; ſed,quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites ergo,cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta ejus, ( & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, ) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis,deſuper contexta per totum.Dixerunt ergo ad invicem: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cujus ſit. Vt Scriptura impleretur, dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem juxta crucem Ieſu,mater ejus, & ſoror matris ejus, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem,& diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit matri ſuæ: Mulier,ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. Poſtea, ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat poſitum, aceto plenum. Illi autem ſpongiam, plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum,dixit: Conſummatum eſt. Et, inclinato capite, tradidit ſpiritum. Iudæi ergo (quoniam Paraſceue erat) ut non remanerent in cruce corpora ſabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati,) rogave-

runt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura,& alterius,qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura; ſed unus militum lanceâ latus ejus aperuit; & continuo exivit ſanguis & aqua. Et, qui vidit, teſtimonium perhibuit;& verum eſt teſtimonium ejus. Et ille ſcit, quia vera dicit: ut & vos credatis. Facta ſunt enim hæc ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit: Videbunt,in quem transfixerunt. Poſt hæc autem rogavit Pilatum Ioſeph ab Arimathia, (eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum,) ut tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo,& tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ibi ergo, propter Paraſceuen Iudæorum, quia

juxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

*Oratio ad Dominum Jeſum Chriſtum, de ſingulis articulis Paſſionis ejus, dicenda à moriente, vel ab alio pro eo.*

*Verſ.* Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi. *Reſp.* Quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

DEus, qui pro redemptione mundi voluiſti naſci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore oſculo tradi, vinculis alligari, ſicut agnus innocens ad victimam duci, atque conſpectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis, indecenter offerri; à falſis teſtibus accuſari, flagellis & opprobriis vexari, ſputis conſpui, ſpinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, & veſtibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lanceâ vulnerari. Tu, Domine, per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per ſanctam crucem & mortem tuam, libera me (*vel, ſi alius dicit pro eo vel ea*, libera famulum tuum *N. vel* famulam tuam *N.*) à pœnis inferni, & perducere digneris, quo perduxiſti latronem, tecum crucifixum. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Dici præterea poſſunt ſequentes Pſalmi.*

*Pſalmus* 117.

COnfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Dicat nunc Iſraël, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum: & exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adjutor: non timebo, quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor: & ego deſpiciam inimicos meos.

Bonum eſt confidere in Domino: quam confidere in homine.

Bonum eſt ſperare in Domino: quam ſperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini, quia ultus ſum in eos.

Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini, quia ultus ſum in eos.

Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini, quia ultus ſum in eos.

Impulſus everſus ſum ut caderem : & Dominus ſuſcepit me.

Fortitudo mea & laus mea Dominus : & factus eſt mihi in ſalutem.

Vox exultationis & ſalutis : in tabernaculis juſtorum.

Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me : dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, ſed vivam : & narrabo opera Domini.

Caſtigans caſtigavit me Dominus: & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas juſtitiæ ; ingreſſus in eas, confitebor Domino : hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me : & factus es mihi in ſalutem.

Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes : hic factus eſt in caput anguli.

A Domino factum eſt iſtud : & eſt mirabile in oculis noſtris.

Hæc eſt dies, quam fecit Dominus : exultemus, & lætemur in ea.

O Domine, ſalvum me fac; ô Domine, bene proſperare : benedictus, qui venit in nomine Domini.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.

Conſtituite diem ſolemnem in condenſis: uſque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

Gloria Patri.

*Pſalmus* 118.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Beati, qui ſcrutantur teſtimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.

Non enim, qui operantur iniquitatem: in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis.

Vtinam dirigantur viæ meæ: ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.

Tunc non confundar: cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici judicia juſtitiæ tuæ.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas uſquequaque.

In

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.

In toto corde meo exquiſivi te: ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abſcondi eloquia tua: ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: doce me juſtificationes tuas.

In labiis meis: pronunciavi omnia judicia oris tui.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum: ſicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas.

In juſtificationibus tuis meditabor: non obliviſcar ſermones tuos.

Gloria Patri.

Retribue ſervo tuo, vivifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.

Revela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.

Concupivit anima mea deſiderare juſtificationes tuas, in omni tempore.

Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſivi.

Etenim ſederunt principes, & adverſum me loquebantur: ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis.

Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum juſtificationes tuæ.

Adhæſit pavimento anima mea: vivifica me ſecundum verbum tuum.

Vias meas enunciavi, & exaudiſti me: doce me juſtificationes tuas.

Viam juſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove à me: & de lege tua miſerere mei.

Viam veritatis elegi: judicia tua non ſum oblitus.

Adhæſi teſtimoniis tuis Domine: noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.

Gloria Patri.

*Tres piæ & utiles morientibus Orationes, cum tribus* Pater noſter, *& tribus* Ave Maria, *in agone mortis recitandæ. Primo dicitur*, Kyrie eleïſon.

Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter. Ave Maria.

*Oratio.*

DOmine Ieſu Chriſte, per tuam ſanctiſſimam agoniam, & orationem quâ oraſti pro nobis in monte Oliveti, quando factus eſt ſudor tuus, ſicut guttæ ſanguins decurrentis in terram; obſecro te, ut multitudinem ſudoris tui ſanguinei, quem præ timoris anguſtiâ copioſiſſime pro nobis effudiſti, offerre & oſtendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum hujus famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) & libera eum (eam) in hac hora mortis ſuæ ab omnibus pœnis & anguſtiis, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Secundo dicitur:* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter. Ave Maria.

*Oratio.*

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro nobis mori dignatus es in cruce; obſecro te, ut omnes amaritudines paſſionum & pœnarum tuarum, quas pro nobis miſeris peccatoribus ſuſtinuiſti in cruce, maxime in illa hora quando ſanctiſſima anima tua egreſſa eſt de ſanctiſſimo corpore tuo, offerre, &

oſtendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) & libera eum (eam) in hac hora mortis ab omnibus pœnis & paſſionibus, quas pro peccatis ſuis ſe timet meruiſſe. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Tertio dicitur:* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter. Ave Maria.

*Oratio.*

DOmine Ieſu Chriſte, qui per os Prophetæ dixiſti: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans: obſecro te, ut eandem charitatem tuam, quæ te de cælis in terram, ad tolerandas omnium paſſionum tuarum amaritudines, attraxit, offerre & oſtendere digneris Deo Patri omnipotenti, pro anima hujus famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) & libera eum (eam) ab omnibus paſſionibus & pœnis, quas pro peccatis ſuis timet ſe meruiſſe: & ſalva animam ejus in hac hora exitus ſui: aperi ei januam vitæ, & fac eum (eam) gaudere cum Sanctis tuis in gloria æterna. Et tu, piiſſime Domine Ieſu Chriſte, qui redemiſti nos pretioſiſſimo ſanguine tuo, miſerere animæ hujus famuli tui, (famulæ tuæ,) & eum (eam) introducere digneris ad ſemper virentia

& amœna loca Paradiſi, ut vivat tibi amore indiviſibili, qui à te & ab electis tuis nunquam ſeparari poteſt. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

## In Exſpiratione.

*CVm vero tempus exſpirandi inſtiterit, tunc maxime, ab omnibus circumſtantibus, flexis genibus vehementer orationi inſtandum eſt. Ipſe vero moriens, ſi poteſt, dicat, vel, ſi non poteſt, aſſiſtens, ſive Sacerdos, pro eo clara voce pronunciet:* IESU, IESU, IESU. *Quod, & ea quæ ſequuntur, ad illius aures, ſi videbitur, etiam ſæpius repetat.* In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. Domine Ieſu Chriſte, ſuſcipe ſpiritum meum. Sancta Maria, ora pro me. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu me ab hoſte protege, & horâ mortis ſuſcipe.

*Tunc, ubi viget pia conſuetudo, pulſetur campana parochialis Eccleſiæ aliquibus ictibus, ad ſignificandum fidelibus, in urbe vel loco, aut extra in ſuburbanis, exiſtentibus, inſtantem mortem exſpirantis ægroti, ut pro eo Deum rogare poſſint.*

*Egreſſâ animâ de corpore, ſtatim dicatur hoc Reſp.* Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, ſuſcipientes animam ejus, offerentes

eam in conſpectu Altiſſimi. *Verſ.* Suſcipiat te Christus, qui vocavit te; & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. *Reſp.* Suſcipientes animam ejus, offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. *Verſ.* Requiem æternam dona ei Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter. *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Requiem æternam dona ei Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat ei. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Domine animam ejus. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TIbi, Domine, commendamus animam famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) ut defunctus (defuncta) ſæculo tibi vivat, &, quæ per fragilitatem humanæ converſationis peccàta commiſit, tu veniâ miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Interim detur campanâ ſignum tranſitus defuncti, pro loci conſuetudine, ut, audientes, pro ejus anima Deum precentur. Deinde*

*corpus,*

*corpus, de more, honeſte compoſitum, loco decenti cum lumine collocetur; ac parva crux ſuper pectus inter manus defuncti ponatur: aut, ubi crux deſit, manus in modum crucis componantur: interdumque aſpergatur aquâ benedictâ: & interim donec efferatur, qui adſunt, ſive Sacerdotes ſive alii, orabunt pro defuncto.*

# DE EXEQVIIS.

*SAcras cærimonias ac ritus, quibus, ex antiquiſſima traditione & ſummorum Pontificum inſtitutis, ſancta Mater Eccleſia Catholica in filiorum ſuorum exequiis uti ſolet, tamquam vera religionis myſteria, Chriſtianæque pietatis ſigna, & fidelium mortuorum ſaluberrima ſuffragia, Parochi ſummo ſtudio ſervare debent, atque uſu retinere.*

*His itaque præſtandis, qua par eſt modeſtia ac devotione, ita ſe habebunt, ut ad defunctorum ſalutem, ſimulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere ſunt, non ad quæſtum, ejuſmodi ritus ſancti inſtituti eſſe videantur.*

*Nullum corpus ſepeliatur, præſertim ſi mors repentina fuerit, niſi poſt debitum temporis intervallum; ut nullus omnino de morte relinquatur dubitandi locus.*

*Quod antiquiſſimi eſt inſtituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Miſſa, præſente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam ſepulturæ tradatur.*

*Si quis die feſto ſit ſepeliendus, Miſſa propria pro defunctis, præſente corpore, celebrari poterit; dum tamen Conventualis Miſſa & officia divina non impediantur, magnaque diei celebritas non obſtet.*

*Caveant omnino Parochi, aliique Sacerdotes, ne, ſepulturæ vel exequiarum ſeu anniverſarii mortuorum officii cauſa, quic-*

*quam paciſcantur, aut, tamquam pretium, exigant. Sed iis eleemoſynis contenti ſint, quæ aut probata conſuetudine dari ſolent, aut Ordinarius conſtituerit. Neque permittant, ut pallia, aut alia altaris ornamenta, ad ornatum feretri vel tumbæ adhibeantur.*

*Cum autem antiquiſſimi ritus Eccleſiaſtici ſit, cereos accenſos in exequiis & funeribus deferre, caveant item, ne ejuſmodi ritus omittatur, ac ne quid avare aut indigne in eo committatur.*

*Pauperes vero, quibus mortuis nihil, aut ita parum ut propriis impenſis humari non poſſint, ſupereſt, gratis omnino ſepeliantur; ac debita lumina ſuis impenſis, ſi opus fuerit, adhibeant Sacerdotes ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia Confraternitas, ſi fuerit, juxta loci conſuetudinem.*

*Ubi viget antiqua conſuetudo ſepeliendi mortuos in Cœmeteriis, retineatur, &, ubi fieri poteſt, reſtituatur; at verò, cui locus ſepulturæ dabitur in Eccleſia, humi tantum detur. Cadavera autem prope altaria non ſepeliantur.*

*Sepulchra Sacerdotum & Clericorum cujuſcumque Ordinis, ubi fieri poteſt, à ſepulchris laicorum ſeparata ſint, ac decentiori loco ſita; atque ita, ubi commodum fuerit, ut, alia pro Sacerdotibus, alia pro inferioris Ordinis Eccleſiæ miniſtris, parata ſint.*

*Sacerdos, aut cujuſvis Ordinis Clericus, defunctus, veſtitu Sacerdotali vel Clericali, quem Ordinis ſui ratio depoſcit, indui debet. Sacerdos quidem ſuper talarem veſtem, amictu, albâ, cingulo, manipulo, ſtolâ, & caſulâ ſeu planetâ violaceâ, ſit indutus.*

*Diaconus vero induatur amictu, albâ, cingulo, manipulo, ſtolâ ſuper humerum ſiniſtrum, quæ ſub axilla dextra annectatur, & Dalmaticâ violaceâ.*

*Subdiaconus autem amictu, albâ, cingulo, manipulo, & tunicellâ.*

*Nullum porro cadaver, perpetuæ ſepulturæ traditum, ex ulla cujuſvis Ordinis Eccleſia aſportari liceat, niſi de licentia Ordinarii.*

*Laici*

*Laici cadaver, quolibet generis aut dignitatis titulo præditus ille fuerit, Clerici ne deferant, ſed laici.*

*Corpora defunctorum in Eccleſia ponenda ſunt, pedibus verſus altare majus; vel, ſi conduntur in Oratoriis aut Capellis, ponantur cum pedibus verſis ad illarum altaria: quod etiam pro ſitu & loco fiat in ſepulchro. Presbyteri verò habeant caput verſus altare.*

*Ceterum, nemo Chriſtianus, in communione fidelium defunctus, extra Eccleſiam aut cœmeterium rite benedictum ſepeliri debet: ſed, ſi neceſſitas cogat, ex aliquo eventu, aliquando ad tempus aliter fieri; curetur, ut, quatenus fieri poterit, corpus in locum ſacrum quamprimum transferatur; & interim ſemper Crux capiti illius apponi debet, ad ſignificandum, illum in Chriſto quievíſſe.*

## Quibus non liceat dare Eccleſiaſticam ſepulturam.

*IGnorare non debet Parochus, qui ab Eccleſiaſtica ſepultura ipſo jure ſint excludendi; ne quemquam ad illam, contra ſacrorum Canonum decreta, umquam admittat.*

*Negatur igitur Eccleſiaſtica ſepultura Paganis, Iudæis, & omnibus infidelibus; hæreticis, & eorum fautoribus; apoſtatis à Chriſtiana fide; ſchiſmaticis; & publice excommunicatis majori excommunicatione; interdictis nominatim, & iis, qui ſunt in loco interdicto, eo durante.*

*Seipſos occidentibus ob deſperationem vel iracundiam, (non tamen ſi ex inſania id accidat,) niſi ante mortem dederint ſigna pœnitentiæ.*

*Morientibus in duello, etiamſi ante obitum dederint pœnitentiæ ſigna.*

*Manifeſtis & publicis peccatoribus, qui ſine pœnitentia perierunt.*

*Iis, de quibus publice conſtat, quod, ſemel in anno, non ſuſceperint Sacramenta Confeßionis & Communionis in Paſcha, & abſque ullo ſigno contritionis obierint.*

*Infantibus, mortuis abſque Baptiſmo.*

*Vbi vero, in prædictis caſibus, dubium occurrerit, Ordinarius conſulatur.*

## Exequiarum ordo.

*Conſtituto tempore, quo corpus ad Eccleſiam deferendum eſt, convocetur Clerus, & alii qui funeri intereſſe debent; & in Parochialem vel in aliam Eccleſiam, juxta loci conſuetudinem, ordine conveniant; ac, datis certis campanæ ſignis, eo modo & ritu, quo in eo loco fieri ſolet, Parochus, indutus ſuperpelliceo & ſtola nigra, vel etiam pluviali ejuſdem coloris, Clerico præferente Crucem, & alio Aquam benedictam, ad domum defuncti, una cum aliis, procedit. Diſtribuuntur cerei, & accenduntur intorticia. Mox ordinatur Proceßio, præcedentibus laicorum Confraternitatibus, ſi adſint; tum ſequitur Clerus regularis & ſæcularis per ordinem; binique procedunt, prælata Cruce, devote Pſalmos, ut infra, decantantes, Parocho præcedente feretrum cum luminibus. Inde ſequuntur alii, funus comitantes, & pro defuncto Deum rite deprecantes ſub ſilentio.*

*Parochus vero, ubi ad fores vel domum defuncti pervenit, mox dicit Antiphonam:* Si iniquitates. *Et Pſalmum:* De profundis clamavi &c. *ut ſupra.* Pag. 154. *In fine:* Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei. *Et repetit Antiphonam totam,* Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter.

ſter. *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Domine animam ejus. *Verſ.* Requiem æternam dona ei Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat ei. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) ut defunctus (defuncta) ſæculo tibi vivat: &, quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si, defunctus, fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur:* animam famuli tui *N.* Sacerdotis, *&c.* *Verſ.* Requiem æternam dona ei Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat ei. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen.

*Deinde aſpergatur funus aquâ benedictâ, dicendo:*

ROre cæleſti perfundat animam tuam Deus, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

*His dictis, per perſonas, pro cujuſque loci more*

*ad hoc aſſumptas, effertur funus ſolemnibus orationibus deponendum, ſubſequentibus vicinis & amicis, ad hoc opus miſericorditer convocatis. Parochus vero, de domo procedens, ſtatim gravi voce intonat Antiphonam,* Exultabunt Domino; *ut infra.* Pag. 286. *& Cantores inchoant Pſalmum,* Miſerere mei Deus, ſecundum magnam *&c. ut ſupra.* Pag. 150. *In fine,* Requiem æternam *&c. Et repetitur Antiphona:* Exultabunt Domino oſſa humiliata. *Dum interea Eccleſiæ vel Cœmeterio appropinquant, cantant ſequens Reſponſorium.*






*Dum interea cum funere ad ſepulchrum accedunt, cantant ſequentem Antiphonam.*



IN paradiſum deducāt te Angeli : in tuo



advẽtu ſuſcipiāt te Martyres, & perducāt



te in civitatem ſanctā Ieruſalem. Chorus



Angelorũ te ſuſci piat, & cum Lazaro, quon-



dam paupere, æternam habeas requiem.

*Cum autem pervenerit ad ſepulchrum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem :*

Oremus.

DEus, cujus miſeratione animæ fidelium requieſcunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique Angelum tuum ſanctum deputa cuſtodem ; &, quorum quarumque

corpo-

corpora hic ſepeliuntur, animas eorum ab omnibus abſolve vinculis delictorum, ut in te ſemper cum Sanctis tuis ſine fine lætentur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Dicta Oratione, aſpergit ſepulchrum, dicendo:* Sanctificetur iſtud ſepulchrum, in nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritus ſancti. Amen.

*Tunc funus ponatur in ſepulchrum, dicente Sacerdote:* Sume, terra, quod tuum eſt; ſumat Deus, quod ſuum eſt: corpus de terra formatum eſt, ſpiritus de ſurſum inſpiratus eſt.

*Aſpergatur poſtea funus aquâ benedictâ, & dicatur:* Rore cæleſti reficiat animam tuam Deus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Et thurificetur, dicendo:* Odore cæleſti paſcat animam tuam Deus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Deinde Sacerdos palâ ter projiciat terram ſuper funus, dicendo:* Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertêris.

*Poſtea Sacerdos dicit:* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter &c. *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem.

*Reſp.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Domine animam ejus. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæſumus, Domine hanc cum ſervo tuo defuncto (famula tua defuncta) miſericordiam, ut factorum ſuorum, in pœnis, non recipiat vicem, qui (quæ) tuam in votis tenuit voluntatem; ut, ſicut hic eum (eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum (eam) tua miſeratio ſociet Angelicis choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Requiem æternam dona ei Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat ei. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum, per miſericordiam Dei requieſcant in pace.

*Deinde, à ſepultura in Eccleſiam vel in Sacriſtiam revertentes, dicant ſine cantu Antiphonam:* Si
Pag. 154. iniquitates, *cum Pſalmo,* De profundis *&c.* Requiem æternam dona eis Domine, *&c.*

## Ritus, quando funus poſt Vigilias & ſolemne Defunctorum ſacrificium, ſepeliendum eſt.

*ORdo deducendi funus obſervatur, ut ſupra. ſed, quando Cantores Eccleſiam ingrediuntur, incipiunt Reſponſorium :* Subvenite *&c. Quo finito, deponitur feretrum in medio Eccleſiæ, ita ut defuncti pedes, ſi fuerit Laicus, ſint verſus altare majus ; ſi vero fuerit Sacerdos, caput ſit verſus ipſum altare : &, cereis accenſis circa corpus, ſtatim dicatur Officium Defunctorum, pro tempore, cum Veſperis, tribus Nocturnis, & Laudibus, ut infra ponitur. & duo ex Clero incipiant abſolute Invitatorium :* Regem cui omnia vivunt : Venite adoremus. *Et repetitur à Clero,* Regem cui omnia vivunt *&c. Pſalm.* Venite exultemus *&c. Et duplicantur Antiphonæ. Ad finem Officii, poſt Antiphonam Cantici* Benedictus *&c.* Ego ſum reſurrectio, *dicitur,* Pater noſter, *ſecreto. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Domine animam ejus. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Pag. 226.
Pag. 228.
Pag. 239.

Oremus.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum,

ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos & electos tuos, reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Quod ſi corpus defuncti mane ſepeliendum eſt, dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum miniſtris paratur ad celebrandam Miſſam ſolemnem pro defuncto, ſi tempus congruens fuerit; ut in die Depoſitionis, in Miſſali Romano.*

*Finita Miſſa, Sacerdos, depoſita caſula ſeu planeta, & manipulo, accipit pluviale nigri coloris, & Subdiaconus accipit Crucem, & accedit ad feretrum, & ſe ſiſtit ad caput defuncti, cum Cruce, medius inter duos Acoluthos ſeu ceroferarios cum candelabris & candelis accenſis: & omnes alii de Clero veniunt ordinatim in gradu ſuo cum candelis accenſis, & ſtant in circuitu feretri: tum ſequitur Sacerdos cum Diacono & aſſiſtente aliiſque miniſtris; &, facta reverentia altari, ſiſtit ſe contra Crucem ad pedes defuncti, retro aſtantibus ei à ſiniſtris duobus Acoluthis, uno cum thuribulo & navicula incenſi, altero cum vaſe Aquæ benedictæ & aſperſorio, & Acolutho ſeu clerico tenente librum, abſolute dicit ſequentem Orationem.*

*Qui ritus etiam immediate poſt ſupradictam orationem,* Abſolve quæſumus, *ſervetur, ſi corpus extra Miſſam vel à prandio ſepeliatur.*

NOn intres in judicium cum ſervo tuo, Domine: quia nullus apud te juſtifica-

bitur homo, niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio. Non ergo eum, quæſumus, tua judicialis ſententia premat, quem tibi vera ſupplicatio fidei Chriſtianæ commendat: ſed, gratia tua illi ſuccurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui, dum viveret, inſignitus eſt ſignaculo ſanctæ Trinitatis. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Deinde, Cantore incipiente, Clerus circumſtans cantat ſequens Reſponſorium.*



LI bera me Do mine de mor te



æterna, in die illa tremen da: Quando



cæ li mo ven di ſunt & ter ra: Dum



ve neris judi ca re ſæ-


culum per ignē. *Verſ.* Tremens factus ſum
ego, & ti me o, dum diſcuſſio venerit,
atque ven tu ra i ra; Quando cæ li mo-
vēdi ſunt, & ter ra. *Verſ.* Dies illa, dies iræ,
calamitatis & miſe ri æ, di es magna, &
a ma ra valde. Dum ve neris.
*Verſ.* Requiē æternam dona e i Domine, &

lux



lux perpetua lu ce at e i. *Verſ.* Li bera me.

*Dum cantatur prædictum Reſponſorium, Sacerdos, Acolutho ſeu Diacono miniſtrante, accipit incenſum de navicula, & ponit in thuribulum; &, finito Reſponſorio, Cantor cum primo Choro dicit:*



*& ſecundus Chorus reſpondet:*



Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

*Deinde omnes ſimul dicunt:*



Ky ri e e le i ſon.

*Mox Sacerdos dicit alta voce;* Pater noſter, *&c. & ſecreto dicitur ab omnibus: & ipſe interim, benedicto prius & impoſito in thuribulum incenſo, accipit à Diacono vel Acolutho aſperſorium Aquæ benedictæ, &, facta profunda inclinatione Cruci quæ eſt ex adverſo, Diacono ſeu miniſtro genuflectente & fimbrias pluvialis ſublevante, circumiens feretrum, (ſi tranſit ante Sacramentum, genuflectit,) aſpergit corpus defuncti; deinde, reverſus ad locum ſuum, Diacono miniſtrante, accipit thuribulum, & eodem modo circuit*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*feretrum*, *&* *corpus incenſat*, *ut aſperſerat*: *poſtea*, *reddito thuribulo*, *ei à quo acceperat*, *ſtans in loco ſuo*, *Acolutho ſeu alio miniſtro tenente librum apertum ante ſe*, *dicit*: *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Domine animam ejus. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt, miſereri ſemper & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem; ſed jubeas eam à ſanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradiſi perduci: ut, quia in te ſperavit & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia ſempiterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si defunctus fuerit Sacerdos*, *in Oratione dicatur*: pro anima famuli tui Sacerdotis, quam hodie *&c.*

*Finita Oratione*, *corpus defertur ad ſepulchrum*; *&*, *dum portatur*, *Clerici cantant Antiphonam*: In pa-

radiſum.

radiſum. *ut ſupra. Quo finito, benedicit ſepulchrum, & proſequitur reliqua, quæ ſuperius præſcripta ſunt.* Pag 230.

# OFFICIVM DEFVNCTORVM.

*DIcitur in Choro, in die Depoſitionis, & aliis diebus, pro temporis opportunitate & Eccleſiarum conſuetudine, ut ſupra dictum eſt. In die vero Depoſitionis, & tertio, ſeptimo, trigeſimo, & anniverſario, duplicantur Antiph. Et in fine Pſalmorum dicitur,* Requiem æternam dona eis Domine; Et lux perpetua luceat eis; *etiam ſi pro uno tantum fiat Officium.*

*Ad Veſperas abſolute incipitur ab Antiph.*




*Pſalmus* 114.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem ſuam mihi: & in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni invenerunt me.

Tribu-

Tribulationem & dolorem inveni : & nomen Domini invocavi.

O Dñe, libera animam meam : miſericors Dominus & juſtus, & Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens parvulos Dominus : humiliatus ſum, & liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam : quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte : oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.

Placebo Domino : in regione vivorum.

Requiem æternam.



*Antiph.* Placebo Domino in regione vivorum.



*Antiph.* Hei mi hi. E u o u a e.

*Pſalmus* 119.

AD Dominum, cum tribularer, clamavi : & exaudivit me.

Domine, libera animam meam à labiis iniquis : & à lingua doloſa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi : ad linguam doloſam ?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sagittæ potentis acutæ : cum carbonibus deſolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus : cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem æternam.



*Antiph.* Hei mi hi Domine : quia incola-



tus meus pro longatus eſt.



*Antiph.* Dominus cuſtodit te. E u o u a e.

*Pſalmus* 120.

LEvavi oculos meos in montes : unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino : qui fecit cælum & terram.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non det in commotionem pedem tuum : neque dormitet, qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet : qui cuſtodit Iſraël.

Dominus cuſtodit te: Dominus protectio tua , ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non uret te : neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo : cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum : ex hoc nunc , & uſque in ſæculum.



*Antiph.* Dominus cuſtodit te ab omni malo :



cuſtodiat a nimam tu am Do minus.



*Antiph.* Si iniquitates E u o u a e.

*Pſalmus* 129.

DE profundis clamavi ad te Dñe : *&c. ut ſupra. In fine*, Requiem æternam , *&c.*

Pag. 154.



*Antiph.* Si iniquitates obſerva veris Domi-



ne: Domine quis ſu ſti ne bit?



*Antiph.* Opera. E u o u a e.

*Pſalmus* 137.

CONfitebor tibi, Domine, in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua & veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacunque die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: quoniam magna eſt gloria Domini.

Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit: & alta à longe cognoſcit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: Domine miſericordia tua in ſæculum; opera manuum tuarum ne deſpicias.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.



*Antiph.* Opera manuũ tu arũ Domine ne deſpi-



cias. *Verſ.* Audivi vocẽ de cælo dicentẽ mihi.



*Reſp.* Beati mortui qui in Domino moriuntur.

*Ad Magnificat,*



*Antiph.* Om ne. E u o u a e.

Magni-

MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultavit ſpiritus meus: in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: & ſanctum nomen ejus.

Et miſericordia ejus à progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: & exaltavit humiles.

Eſurientes implevit bonis: & divites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini ejus in ſæcula.

Requiem æternam dona eis Domine. Et lux perpetua luceat eis.



*Antiph.* Om ne quod dat mihi Pa ter, ad me



ve niet, & e um, qui venit ad me, non



e ji ciam fo ras.

*Sequentes Preces dicuntur flexis genibus ; ſimiliter & ad Laudes.* Pater noſter , *ſecreto. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo.

*Pſalmus* 145.

LAuda anima mea Dominum , laudabo Dominum in vita mea : pſallam Deo meo , quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus : in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus ejus , & revertetur in terram ſuam : in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus,cujus Deus Iacob adjutor ejus,ſpes ejus in Domino Deo ipſius : qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatem in ſæculum , facit judicium injuriam patientibus : dat eſcam eſurientibus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dominus ſolvit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit eliſos: Dominus diligit juſtos.

Dominus cuſtodit advenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet.

Regnabit Dominus in ſæcula, Deus tuus Sion: in generationem & generationem.

Requiem æternam *&c.*

*Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Dñe animam ejus. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*In die depoſitionis Defuncti. Oratio.*

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui, (famulæ tuæ,) ut defunctus (defuncta) ſæculo tibi vivat: &, quæ, per fragilitatem carnis, humana converſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Vel:*

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) quam hodie de hoc ſæculo migrare juſ-

ſiſti:

ſiſti; ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem; ſed jubeas eam à ſanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradiſi perduci; ut, quia in te ſperavit & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*In die tertio, ſeptimo, & trigeſimo, depoſitionis Defuncti. Oratio.*

QVæſumus Domine, ut animæ famuli tui *N.* (famulæ tuæ *N.*) cujus depoſitionis diem tertium, (*vel* ſeptimum, *vel* trigeſimum,) commemoramus, Sanctorum atque electorum tuorum largiri digneris conſortium, & rorem miſericordiæ tuæ perennem infundas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*In anniverſario, Oratio.*

DEus indulgentiarum Domine, da animæ famuli tui, (famulæ tuæ, *vel* animabus famulorum famularumque tuarum,) cujus (quorum) anniverſarium depoſitionis diem commemoramus, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Aliæ Orationes diverſæ pro defunctis.*

*Pro Summo Pontifice defuncto. Oratio.*

DEus, qui, inter ſummos Sacerdotes, famulum tuum *N.* ineffabili tua diſpoſitione connumerari voluiſti: præſta quæſumus, ut, qui unigeniti Filii tui vices in terris gerebat, ſanctorum tuorum Pontificum conſortio perpetuo aggregetur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pro defuncto Epiſcopo. Oratio.*

DEus, qui, inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum *N.* Pontificali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Si fuerint plures, dicatur in numero plurali.*

*Pro Epiſcopo Cardinali defuncto dicatur:* famulum tuum *N.* Epiſcopum Cardinalem, Pontificali feciſti dignitate *&c.*

*Pro Presbytero Cardinali dicatur:* famulum tuum *N.* Presbyterum Cardinalem, Sacerdotali feciſti *&c.*

*Pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio,* Inclina Domine, *quæ habetur paulo infra, hoc modo:* Pag. 250. Vt animam famuli tui *N.* Diaconi Cardinalis, quam de hoc ſæculo *&c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pro defuncto Sacerdote. Oratio.*

DEus, qui, inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum *N.* Sacerdotali feciſti dignitate vigere; præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Vel:*

PRæſta, quæſumus Domine, ut anima famuli tui *N.* Sacerdotis, quem, in hoc ſæculo commorantem, ſacris muneribus decoraſti, in cæleſti ſede glorioſa ſemper exultet. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pro uno defuncto. Oratio.*

INclina, Domine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui *N.* quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pro una defuncta. Oratio.*

QVæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ *N.* & à contagiis mortalitatis exutam in æternæ ſalva-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionis partem reſtitue. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus.*

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Pro fidelibus Defunctis, generalis Oratio.*

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Requiem æternam dona eis Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat eis. *Verſ.* Requieſcant in pace. *Reſp.* Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# AD MATVTINVM,

*Invitatorium.*



Regem, cui omnia vivunt,



Venite adoremus.

*Chorus repetit :* Regem, *&c.*

*Pſalmus* 94.



VEnite, exultemus Domino, ju-



bilemus Deo ſalutari noſtro : præoccu-



pemus faciem ejus in confeſſio ne,



& in pſalmis jubilemus e i.


Regem.
Quoniam Deus magnus Dominus, &
Rex magnus ſuper omnes deos: quo-
niam non repellet Dominus plebem
ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes
fines terræ, & altitu dines montium
ipſe conſpicit. Venite.


Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit
illud, & aridam fundaverunt manus
ejus: Venite adoremus, & procidamus
ante Deum: ploremus coram Domino
qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus
Deus noſter: nos autem populus ejus,
& oves paſcuæ e jus. Regem.

Hodie


Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite
obdurare corda veſtra, ſicut in exacer-
batione ſecundum diem tentationis in
deſerto: ubi tentaverunt me patres
veſtri, probaverunt, & viderunt opera
mea. . Venite.
Quadraginta annis proximus fui genera-

tioni


tioni huic, & dixi, Semper hi errant
corde: ipſi vero non cognoverunt vias
meas, quibus juravi in i ra mea, ſi in-
tro i bunt in requiem meam. Regem.
Requiem æternam dona eis Domine,
& lux perpetua luceat e is. Venite.
Regem cu i omnia vivunt. Venite

ado-



adoremus.



*Antiph.* Di rige. E u o u a e.

*Pſalmus* 5.

VErba mea auribus percipe, Domine : intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ : rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo : Domine, mane exaudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: neque permanebunt injuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in juſtitia tua : propter

inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas : cor eorum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum , linguis ſuis doloſe agebant : judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos : quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes , qui ſperant in te : in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes , qui diligunt nomen tuum : quoniam tu benedices juſto.

Domine , ut ſcuto bonæ voluntatis tuæ : coronâſti nos. Requiem æternam.



*Antiph.* Di rige Domine Deus meus in con-



ſpectu tuo vi am meam.



*Antiph.* Convertere Domine. E u o u a e.

*Pſalmus 6.*

DOmine, ne in furore *&c. ut ſupra. In fine:* Pag. 146.
Requiem æternam.



*Antiph.* Convertere Domine, & eripe ani-



mam meam: quoniam non eſt in morte,



qui memor ſit tui.



*Antiph.* Ne quando. E u o u a e.

*Pſalmus 7.*

DOmine Deus meus, in te ſperavi: ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam: dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.

Domine Deus meus, ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge, Domine Deus meus, in præcepto, quod mandaſti: & ſynagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: Dominus judicat populos.

Iudica me, Dñe, ſecundum juſtitiam meam: & ſecundum innocentiam meam ſuper me.

Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges juſtum: ſcrutans corda & renes Deus.

Iuſtum adjutorium meum à Domino: qui ſalvos facit rectos corde.

Deus judex juſtus, fortis, & patiens: numquid iraſcitur per ſingulos dies?

Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & paravit illum.

Et in eo paravit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injuſtitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit,& effodit eum : & incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet.

Confitebor Domino ſecundum juſtitiam ejus : & pſallam nomini Domini Altiſſimi.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.



*Antiph.* Ne quando rapiat ut leo animam



meam, dum non eſt qui redimat, neque



qui ſalvum faciat. *Verſ.* A porta inferi.



*Reſp.* Erue Domine animas e orum.

Pater noſter, *totum ſecreto.*

*Lectiones leguntur ſine Abſolutione, Benedictionibus, & Titulo.*

*Lectio j.*

Iob 7. 6 PArce mihi Domine : nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo , quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo,& ſubito probas illum. Vſquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam ſalivam meam? Peccavi : quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi , & factus ſum mihimetipſi gravis? Cur non tollis peccatum meum , & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce,nunc in pulvere dormiam: &,ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam.

*Lectiones terminantur ſine* Tu autem , *vel alia concluſione.*



*Reſp.* Credo quod Redemptor me us vi-



vit, & in noviſſimo di e de ter ra



ſurrectu rus ſum: Et in carne me a

vide-




*Lectio ij.*

TÆdet animam meam vitæ meæ: dimit- Iob 10.
tam adverſum me eloquium meum; loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita judices. Numquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi ſunt, aut, ſicut videt homo, & tu videbis? Numquid, ſicut dies hominis, dies tui, & anni tui ſicut

huma-

humana ſunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris? Et ſcias, quia nihil impium fecerim, cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere.



*Reſp.* Qui Lazarum reſuſci taſti à monumen-



to fœtidum: Tu eis Domine dona requiem,



& locum indulgen tiæ. *Verſ.* Qui ventu-



rus es judica re vi vos & mor tuos, &



ſæculum per i gnem. Tu eis Domine.

*Lectio iij.*

*Iob 10. b* MAnus tuæ, Domine, fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, & ſic

repen-

repente præcipitas me? Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & nervis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.



*Reſp.* Domine, quando veneris judicare ter-



ram, ubi me abſcondam à vultu iræ tu æ?



Quia peccavi nimis in vita me a.



*Verſ.* Commiſſa mea paveſco, & ante te eru-



beſco: dum veneris judicare, noli me



condemna re. Quia peccavi. *Verſ.* Re-



quiem æternam dona eis Domine:



& lux perpetua lu ceat e is.



Quia peccavi.

## IN SECVNDO NOCTVRNO.



*Antiph.* In loco paſcuæ. E u o u a e.

*Pſalmus* 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.

De-

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ: propter nomen ſuum.

Nam, etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam: adverſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus eſt!

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum. Requiem æternam.



*Antiph.* In loco paſcuæ ibi me collocavit.



*Antiph.* Delicta. E u o u a e.

*Pſalmus* 24.

AD te, Domine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubeſcam.

Neque irrideant me inimici mei: etenim univerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes : ſupervacue.

Vias tuas Domine demonſtra mihi : & ſemitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua,& doce me: quia tu es Deus ſalvator meus, & te ſuſtinui tota die.

Reminiſcere miſerationum tuarum Domine : & miſericordiarum tuarum,quæ à ſæculo ſunt.

Delicta juventutis meæ : & ignorantias meas ne memineris.

Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam, Domine.

Dulcis & rectus Dominus : propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget manſuetos in judicio: docebit mites vias ſuas.

Vniverſæ viæ Domini miſericordia & veritas : requirentibus teſtamentum ejus & teſtimonia ejus.

Propter nomen tuum,Domine,propitiaberis peccato meo : multum eſt enim.

Quis eſt homo, qui timet Dominum ? legem ſtatuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur : & ſemen ejus hæreditabit terram.

Firma-

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum : & teſtamentum ipſius , ut manifeſtetur illis.

Oculi mei ſemper ad Dominum : quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me, & miſerere mei : quia unicus & pauper ſum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt : de neceſſitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam & laborem meum : & dimitte univerſa delicta mea.

Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt : & odio iniquo oderunt me.

Cuſtodi animam meam, & erue me : non erubeſcam, quoniam ſperavi in te.

Innocentes & recti adhæſerunt mihi : quia ſuſtinui te.

Libera, Deus, Iſraël : ex omnibus tribulationibus ſuis. Requiem æternam.



*Antiph.* Delicta juventutis meæ , & igno-



rantias meas ne memineris Domine.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



*Antiph.* Credo vide re. E u o u a e.

*Pſalmus* 26.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocentes: ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.

Si conſiſtant adverſum me caſtra: non timebit cor meum.

Si exurgat adverſum me prælium: in hoc ego ſperabo.

Vnam petii à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini: & viſitem templum ejus.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferationis: cantabo,& pſalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, quâ clamavi ad te: miſerere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: ne declines in ira à ſervo tuo.

Adjutor meus eſto, ne derelinquas me: neque deſpicias me, Deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Dñi: in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Requiem æternam.



*Antiph.* Credo videre bona Domini: in terra vi-



ventiũ.*Verſ.*Collocet eos Dominus cum prin-



cipibus. *Reſp.*Cum principibus populi ſu i.

Pater noſter, *totum ſecreto.*

*Lectio iiij.*

*Iob 13. d* RΕſponde mihi: quantas habeo iniquitates & peccata; ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea.



*Reſp.* Memen to me i De us, quia ventus eſt

vita



vita mea. Nec aſpiciat me viſus hominis.



*Verſ.* De profũdis clamavi ad te Domine, Do-



mine exaudi vocem meam. Nec aſpiciat.

*Lectio* v.

HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Qui, quaſi flos, egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis, ſuper hujuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium? Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonne tu qui ſolus es? Breves dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud te eſt: conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarii, dies ejus. *Iob. 14.*



*Reſp.*Hei mihi Domine, quia peccavi nimis



in vita me a. Quid faciam miſer ? ubi fu-



giam , niſi ad te Deus me us ? Miſerere



me i, dum veneris in noviſſimo di e.



*Verſ.*A ni ma me a turbata eſt val de, ſed tu



Domine ſuccurre e i. Mi ſe re re.

*Lectio* vj.

*Iob 14.c.* QVis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus , & conſtituas mihi tem-

pus, in quo recorderis mei? Putaſne, mortuus homo rurſum vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis.



*Reſp.* Ne recorde ris pec cata mea Domine,



Dum veneris judica re ſæculum per ignem.



*Verſ.* Dirige Domine Deus meus in conſpe-



ctu tu o vi am me am. Dum veneris.



*Verſ.* Requiem æternã dona e is Domine: &



lux perpetua lu ceat e is.Dũ veneris.

## IN TERTIO NOCTVRNO.



*Antiph.* Complaceat E u o u a e.

*Pſalmus* 39.

EXpectans expectavi Dominum : & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſuper petram pedes meos : & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum novum : carmen Deo noſtro.

Videbunt multi , & timebunt : & ſperabunt in Domino.

Beatus vir , cujus eſt nomen Domini ſpes ejus : & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

Multa feciſti tu, Domine Deus meus , mirabilia tua : & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiavi, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me: ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi juſtitiam tuam in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo; Domine tu ſciſti.

Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam: à concilio multo.

Tu autem, Domine, ne longe facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas me: Domine ad adjuvandum me reſpice.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Confundantur & revereantur ſimul, qui quærunt animam meam: ut auferant eam.

Convertantur retrorſum, & revereantur: qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent, & lætentur ſuper te omnes, quærentes te: & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego autem mendicus ſum & pauper: Dominus ſollicitus eſt mihi.

Adjutor meus & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaveris.

Requiem æternam.



*Antiph.* Complaceat tibi Domine, ut e ripias



me: Domine ad adjuvandum me reſpice.



*Antiph.* Sana Domine. E u o u a e.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pſalmus* 40.

BEatus, qui intelligit ſuper egenũ & pauperem: in die mala liberabit eum Dñs.

Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus: univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.

Ego dixi, Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen ejus?

Et ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur: cor ejus congregavit iniquitatem ſibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in idipſum.

Adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: adverſum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum conſtituerunt adverſum me: Numquid, qui dormit, non adjiciet ut reſurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperavi: qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem.

Tu autem, Domine, miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.

Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſæculo & uſque in ſæculum: fiat, fiat.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.



*Antiph.* Sana Domine animam meam, quia



peccavi tibi. *Antiph.* Siti vit. E u o u a e.

*Pſalmus* 41.

*Pag.* 33.

QVemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum: *&c. ut ſupra. In fine.* Requiem æternam.



*Antiph.* Sitivit a nima mea ad Deum vivum:



quando veniam, & apparebo ante faciem



Domini ? *Verſ.* Ne tradas beſtiis animas



confitentes tibi ? *Reſp.* Et animas paupe-



rum tuorum ne obliviſcaris in finem.

Pater noſter. *totum ſecreto.*

*Lectio vij.*

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me bomine, & pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtravi lectulum meum. Putredini dixi, Pater

meus es: mater mea, & ſoror mea, vermibus. Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea? & patientiam meam quis conſiderat?



*Reſp.* Peccantem me quo ti di e , & non



me pœnitentem, timor mortis conturbat



me: Quia in inferno nulla eſt redemptio,



miſerere mei Deus, & ſalva me. *Verſ.* Deus



in nomine tuo ſalvum me fac, & in vir-



tute tua li bera me. Quia.

*Lectio* viij.

PElli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum; & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei; quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim, quod redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum ſalvatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. *Iob 19.c.*



*Reſp.* Domine, ſecundũ actum meum noli me



judicare: nihil dignum in conſpectu tuo



e gi: i deo deprecor majeſtatem tu am,



Vt tu Deus deleas iniquitatem me am.



*Verſ.* Amplius la va me Domine



ab in ju ſti ti a me a, & à delicto



me o munda me. Vt tu Deus.

*Lectio ix.*

QVare de vulva eduxiſti me? qui utinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de utero translatus ad aumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte me ergo, ut plangam paululum dolorem meum:

antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine: terram miſeriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.



*Reſp.* Libera me Domine de vi is inferni,



qui portas æreas confregiſti, & viſitaſti



infernum: & dediſti eis lumen, ut vide-



rent te: Qui erant in pœnis tenebrarum.



*Verſ.* Clamantes & dicentes, adveniſti Re-



demptor no ſter. Qui erant. *Verſ.* Re-



quiem æternam dona eis Domine: & lux



perpetua lu ceat e is. Qui erant.

*Aliud Reſponſorium*, *videlicet*, Libera me Domine. *quod dicitur in die Commemorationis omnium Defunctorum*, & *quando dicuntur novem Lectiones*, Pag.235. *require ſuprà*: *ſed Verſ.* Requiem &c. *dicitur in plurali.*

## AD LAVDES,

*abſolute incipitur Antiphona.*



Exul tabunt Domino. E u o u a e.

Pag.150. *Pſalmus* 50. Miſerere mei Deus, *ut ſupra.*
*In fine*, Requiem &c.



*Antiph.* Exultabunt Dño oſſa hu mi li a ta.

*Antiph.*



*Antiph.* Exaudi Domine. E u o u a e.

*Pſalmus* 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : & tibi reddetur votum in Ieruſalem.

Exaudi orationem meam : ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos : & impietatibus noſtris tu propitiaberis.

Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti : inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos , Deus ſalutaris noſter : ſpes omnium finium terræ, & in mari longe.

Præparans montes in virtute tua , accinctus potentiâ : qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis: exitus matutini, & veſpere delectabis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam : multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum: quoniam ita eſt præparatio ejus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur ubertate.

Pigueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua liceat eis.



*Antiph.* Exaudi Domine orationem meam,



ad te omnis ca ro veniet.



*Antiph.* Me ſu ſce pit. E u o u a e.

*Pſalmus* 62.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea: quam multi-
Pag. 154. pliciter tibi caro mea.

In

In terra deſerta, & invia, & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuiſti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

*Pſalmus 66.*

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus; confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Requiem æternam *&c.*



*Antiph.* Me ſuſce pit dextera tua Domine.



*Antiph.* A porta inferi. E u o u a e.

*Canticum Ezechiæ.*

Iſai. 38. EGo dixi: In dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæſivi reſiduum annorum meorum: dixi; Non videbo Dñm Deum in terra viventium.

Non aſpiciam hominem ultra: & habitatorem quietis.

Gene-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Generatio mea ablata eſt, & convoluta eſt à me: quaſi tabernaculum paſtorum.

Præciſa eſt velut à texente vita mea; dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de mane uſque ad veſperam finies me.

Sperabam uſque ad mane: quaſi leo, ſic contrivit omnia oſſa mea.

De mane uſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſcipientes in excelſum.

Domine, vim patior, reſponde pro me: quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cum ipſe fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.

Domine, ſi ſic vivitur, & in talibus vita ſpiritus mei; corripies me, & vivificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Tu autem eruiſti animam meam ut non periret: projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt, qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipſe confitebitur tibi, ſicut

& ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, ſalvum me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.



*Antiph.* A porta inferi, e rue Domine animã



meã. *Antiph.* Omnis ſpi ritus. E u o u a e.

*Pſalmus* 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandavit, & creata ſunt.

Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Beſtiæ, & univerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes judices terræ.

Iuvenes & virgines, ſenes cum junioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.

Confeſſio ejus ſuper cælum & terram: & exaltavit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis ejus: filiis Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

*Pſalmus* 149.

CAntate Domino canticum novum: laus ejus in eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: & filii Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo : & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria : lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis judicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus.

*Pſalmus* 150.

LAudate Dominum in ſanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in ſono tubæ : laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro : laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis : omnis ſpiritus laudet Dominum.

Requiem æternam *&c.*



*Antiph.* Omnis ſpiritus laudet Dominum.



*Verſ.* Audivi vocem de cælo dicentẽ mihi.



*Reſp.* Beati mortui, qui in Domino moriũtur.



*Antiph.* Ego ſum. E u o u a e.

*Canticum Zachariæ.*

BEnedictus Dominus Deus Iſraël : quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ. *Luc. 1.*

Et erexit cornu ſalutis nobis : in domo David pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum : qui à ſæculo ſunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis noſtris : & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris : & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iusjurandum quod juravit ad Abraham patrem noſtrum : daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati : ſerviamus illi.

In ſanctitate & juſtitia coram ipſo : omnibus diebus noſtris.

Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis : præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus : in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri : in quibus viſitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis ſedent : ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Requiem æternam dona eis Domine, *&c.*



*Antiph.* Ego ſum reſurrectio, & vi ta: qui cre-



dit in me, e tiam ſi mortuus fuerit,

vivet :



vivet: & omnis qui vivit, & credit in me,



non morietur in æ ternum.

*Deinde* Pater noſter. *Pſalmus.* De profundis. Pag. 154.
*cum Precibus & Orationibus, Officio congruentibus, ut ſupra in Veſperis.* Pag. 247.

## De officio, faciendo in Exequiis, abſente corpore defuncti, & in die tertio, ſeptimo, trigeſimo, & anniverſario.

SI *faciendæ ſint Exequiæ, abſente corpore; eo die, quo bene viſum fuerit, in Eccleſia dicatur Officium Mortuorum, cum tribus Nocturnis & Laudibus, & Antiphonis duplicatis; vel ſaltem unum Nocturnum cum tribus Lectionibus, & Laudibus, & Miſſa. Poſt Miſſam, Celebrans deponit manipulum & planetam, accipit pluviale nigri coloris; &, præcedentibus Subdiacono cum Cruce, & Clero, & duobus Ceroferariis cum luminibus accenſis & duobus Acoluthis, uno cum navicula incenſi & thuribulo, & altero cum vaſculo aquæ benedictæ & aſperſorio & hoc libro Rituali, accedit, cum Diacono à ſiniſtris, ad locum tumuli, & ibi à circumſtante Clero cantatur*

*Reſp.* Libera me Domine, *ut ſupra.* Pag. 235.

*Interim miniſtratur incenſum, benedicitur, & imponitur in thuribulum. Poſtea dicitur:* Kyrie

eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. *Sacerdos dicit:* Pater noſter, *&c. &, dum ſecreto dicitur, accipit aſperſorium, circuit tumbam aſpergens; deinde incenſat eodem modo, ut dictum eſt. Poſtea dicit Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue Domine animam ejus. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui, (famulæ tuæ,) ut defunctus (defuncta) ſæculo tibi vivat: & peccata, quæ per fragilitatem carnis humanâ converſatione commiſit, tu veniâ miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Vel dicatur Oratio, quæ dicta eſt in Miſſa; vel alia conveniens. Verſ.* Requiem æternam dona ei Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat ei. *Verſ.* Requieſcat in pace. *Reſp.* Amen.

*Si Officium fuerit pro pluribus defunctis, Oratio & Verſus dicantur in plurali numero; ſi fuerit mulier, in genere feminino: ſi fuerit Sacerdos vel Epiſcopus, in Oratione exprimitur nomen dignitatis, &c.*

*Prædictus autem Officii ritus pro defunctis adultis, tam Sacer-*

*doti-*

*dotibus & Clericis, quam ſæcularibus & laicis, ſervari debet, in Officio ſepulturæ, in die depoſitionis, ſive in die tertio, ſeptimo, trigeſimo, & anniverſario: item in viſitatione ſepulchri, pro conſuetudine locorum, prædictis diebus faciendâ.*

## De Exequiis Parvulorum.

P*Arvuli, qui poſt Baptiſmum ante uſum rationis eripiuntur, oratione Eccleſiæ non indigent; quia nihil damnationis eſt in his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, & non ſecundum carnem ambularunt: &, ſicut injuriam faceret Martyri, qui pro Martyre oraret; ita innocentiæ Baptiſmali injurius eſſet, ſi quis eis ſalutis requiem precaretur, qui innocentes, immaculati, puri, ac Deo dilecti, effecti ſunt cohæredes Chriſti, ita ut nihil prorſus eos ab ingreſſu cæli remoretur.*

*Quia tamen horum corpuſculis, tanquam organis & vaſis, ſanctus infuſus fuit Spiritus; etiam illorum funera officioſâ ſunt pietate curanda, in proteſtationem fidei, reſurrectionis, & ad laudem divinæ providentiæ, ſub qua & iſta regeneratorum corpora requieſcere creduntur.*

## Ordo ſepeliendi Parvulos.

C*Vm igitur infans, vel puer baptizatus, defunctus fuerit ante uſum rationis, imponitur ei corona de floribus, ſeu de herbis aromaticis & odoriferis, in ſignum integritatis carnis, & virginitatis; & Parochus, ſuperpelliceo & ſtolâ albâ indutus, & alii de Clero (ſi adſint,) præcedente Cruce, quæ ſine vel cum haſta defertur, accedunt ad domum defuncti cum Clerico, vel alio, aſperſorium deferente. Sacerdos aſpergit corpus; deinde dicit, vel cantat:*



*Antiph.* Sit nomen Domini. E u o u a e.

*Pſalmus* 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

A ſolis ortu uſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper cælos gloria ejus.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cælo & in terra?

Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, &c.



*Antiph.* Sit nomen Domini benedictum,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

*Poſtea dicitur:* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter *ſecreto. Interim corpus aſpergit. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. *Reſp.* Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens & mitiſſime Deus, qui omnibus parvulis, renatis fonte Baptiſmatis, dum migrant à ſæculo, ſine ullis eorum meritis, vitam illico largiris æternam, ſicut animæ hujus parvuli hodie credimus te feciſſe: fac nos, quæſumus Domine, per interceſſionem beatæ Mariæ ſemper Virginis & omnium Sanctorum tuorum, hîc purificatis tibi mentibus famulari, & in Paradiſo cum beatis parvulis perenniter ſociari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Dum portatur ad Eccleſiam vel Cœmeterium, dicatur Pſalmus:* Beati immaculati, *&c. &, ſi tempus ſupereſt, dici poteſt Pſal.* Laudate Dominum Pag. 216.

Pag. 292. de cælis. *cum aliis duobus ſequentibus; & in fine,* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, *&c.*

*Cum autem pervenerit ad Eccleſiam vel Cæmeterium, dicatur:*



*Antiph.* Hic ac cipiet. E u o u a e.

*Pſalmus* 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundavit eum: & ſuper flumina præparavit eum.

Quis aſcendet in montem Domini: aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

At-

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper, &c.



*Antiph.* Hic ac cipiet benedictionem à Do-



mino, & miſericordiam à Deo ſalutari



ſuo; quia hæc eſt generatio quæren-



tium Dominum.

*Interea ad ſepulchrum perveniens, illud aſpergit aquâ benedictâ, atque thurificat, dicens:* Sanctificetur ſepulchrum iſtud, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Cum*

*Cum deinde parvuli funus in ſepulchrum ponitur, dicit :* Sumat Deus quod ſuum eſt; corpus de terra formatum eſt, ſpiritus de ſurſum inſpiratus eſt. *Et ſtatim illud aſpergit aquâ benedictâ, & thurificat.*

*Deinde palâ ter ſuperinjiciat terram, dicendo :* Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertêris.

*Poſtea dicit :* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter, *&c.* *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Sinite parvulos venire ad me. *Reſp.* Talium eſt enim regnum cælorum. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cælorum regnum hodie miſericorditer vocare dignatus es : digneris etiam, Domine, ita nobiſcum miſericorditer agere, ut, meritis tuæ ſanctiſſimæ Paſſionis, & interceſſione beatæ Mariæ ſemper Virginis & omnium Sanctorum tuorum, in eodem regno nos, cum omnibus Sanctis & electis tuis, ſemper facias congaudere.

DEus, in cujus miſeratione, animæ fidelium requieſcunt, famulis & famulabus tuis

omnibus, hic & ubique, in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum, ut, à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui &c.

*Verſ.* Requieſcant in pace. *Reſp.* Amen.

# DE SACRAMENTO ORDINIS.

I. *TOtum hujus Sacramenti miniſterium ad Epiſcopos pertinet; non tamen à Parochis prorſus ignorandum; ut, dum aut Ordinandorum confeßiones audiunt aut alioqui eos inſtruere volunt, ſciant, quomodo eorum ſaluti rite & apte conſulant; & intelligant, quales ipſi Sacerdotes, tam ordinati, quam ordinandi, eſſe debeant.*

II. *Ordo igitur eſt Sacramentum, quo, quibuſdam verbis ac rebus, Ordinato traditur poteſtas conficiendi Sacram Euchariſtiam, aliaque Eccleſiaſtica munia rite obeundi, vel miniſtrandi.*

III. *Sacramentum hoc, habet pro materia, varia inſtrumenta, quæ, pro ſingulorum Ordinum ratione, ordinandis ab Epiſcopo traduntur.*

IV. *Forma etiam, pro graduum varietate, in ſingulis Ordinibus diverſa eſt: ea enim ſunt verba, quæ Epiſcopus profert, cum materiam ſingulorum Ordinum, & poteſtatem miniſtrandi, in Eccleſia tradit: & requiritur, ut Ordinandi tangant manu materiam ſimul, dum Epiſcopus verba formalia pronunciat.*

V. *Quod ad numerum Ordinum attinet, ſunt ſeptem: Minores quatuor; nempe Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, & Aco-*

*luthatus. Majores ſunt tres, qui etiam propter excellentiam Sacri vocantur, quia circa ſacram Euchariſtiam, & vaſa ſacra, majoribus quibuſdam miniſteriis occupantur; propter quæ, illis inſigniti, majori ſanctitate excellere debent: Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Præcedit hos omnes prima Tonſura; quæ licet Ordo non ſit, tamen vigorem Ordinis habet, ac jus & privilegium Clericatus tribuit.*

VI. *Presbyterorum Ordo gradibus dignitatum diſtinguitur; ut ſint alii minores Sacerdotes qui Presbyteri dicuntur, alii majores qui vocantur Epiſcopi. Alii Archiepiſcopi, alii Primates, alii Patriarchæ ſunt: &, præter hos omnes, ſancta Romana Catholica Eccleſia ſummum Sacerdotem, S. D. N. Romanum Pontificem, omnium fidelium caput, humiliter veneratur & agnoſcit. Licet autem ſeptem ſint Ordines, unum tamen omnes ſimul efficiunt Sacramentum, ex fine, quo ſcilicet omnes ad conſecrationem Corporis Chriſti referuntur, & in Sacerdotio conſummantur.*

VII. *Effectus Sacramenti Ordinis eſt, primo, gratia Dei; quæ confertur digne ſuſcipientibus, ut, Ordine accepto, rite eo fungantur, ad ſuam & proximorum ſalutem. Hinc eſt, quod Ordinandi, ad ſingulas Ordinationes, merito confiteri debent, & ſacram Euchariſtiam ſumere. Alter effectus eſt, collatio poteſtatis ſpiritualis, Character appellatus, qui ita ſuſcipientium animæ imprimitur, ut perpetuo maneat, nec per excommunicationem, degradationem, apoſtaſiam, aut ullam infidelitatem, tolli poſsit; licet, per hæc & alia impedimenta, mera executio ſacrorum Ordinum prohibeatur.*

VIII. *Diligenter caveant omnes Superiores Eccleſiarum quarumcunque, præſertim vero Parochi, ne ullos ignotos Sacerdotes, vel Clericos, etiam Regulares aut cujuſvis Ordinis habitum deferentes, maxime Clericos juniores, ubi Ordinibus ſuſceptis redierint, ſacrificium Miſſæ offerre, aut in eo miniſtrare, patiantur,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*niſi litteræ Epiſcopi, (quas Formatas vocamus,) vel, ſi Regulares fuerint, Superioris aut Prælati Ordinis ſui, teſtimonium viderint, qui Ordinum ſuſceptorum indubitatam fidem præbeant.*

# DE SACRAMENTO MATRIMONII.

## Et primo de Sponſalibus futuri conjugii; Notæ.

I. Q*Voniam ardua res eſt Matrimonium, in quo vir & mulier ita colligantur, ut nulla de cauſa, nec per ullam diſpenſationem, vinculum ſolvi, &, priore vivente, uxor alia ſuperinduci poſſit; recte Sponſalia illi præmittuntur, tum ut matura deliberatione & præparatione contrahatur, tum ut impedimenta, ſi quæ ſubſint, in apertum proferantur.*

II. *Sunt autem Sponſalia futurarum nuptiarum mutua promiſſio; quæ per verba futuri temporis, vel nude & ſimpliciter contrahuntur, vel etiam jurejurando, annuli, arrhæ aut nummi donatione & acceptione, confirmantur.*

III. *Mutua autem iſta promiſſio ad deſponſandos referri debet: nam, etſi parentes pro liberis Sponſalia contrahere poſſint, invalida tamen cenſentur, niſi liberorum conſenſus expreſſus tacitusve accedat.*

IV. *Eſt & illud receptum, ut inter abſentes, per litteras, per nuncium, per procuratorem, contrahi poſſint.*

V. *Minores ſeptennio, ſponſalibus contrahendis non ſunt idonei; quod rationis uſu carere præſumantur.*

VI. *Etſi non, ut in Matrimonio ineundo, ita in Sponſalibus contrahendis, Parochi ejuſve Vicarii præſentia abſolute ſit neceſſaria; tamen, quia in Diœceſibus pleriſque more*

*publico eſt receptum, ut promiſsionibus de futuris nuptiis Sacerdos adſit, Sponſaliaque approbet, neque id ſuo caret fructu; idcirco, ſi quem Paſtorem, ejuſve vices gerentem, ad contractum ſponſaliorum, ſeu futurarum nuptiarum promiſsionem, adhiberi contingat, ad modum ſequentem ſeſe geret.*

VII. *Parochus, non ante in ſponſaliorum contractum conſentiat, quam perſpexerit, deſponſandos eſſe Catholicos, Confirmatos, rudimentorum fidei gnaros, ab excommunicatione liberos, ac impedimenti nullius, quod matrimonio obſtare poſsit, conſcios.*

VIII. *Videat diligenter, num ad ſponſalia contrahenda veniant animo lubenti, ſpontaneo, bene deliberato, nec non judicio mentis integro: aliter ſi affectos animadverterit, à contractu illos arceat, quandoquidem conſenſus in matrimonium liberrimus eſſe debet.*

IX. *Sed & iſtud ſtudioſe cavebit, ne deſponſandi contrahant verbis præſentis temporis; efficeretur enim Matrimonium, non Sponſalia, præſertim conſenſu accedente; ſed futuri, iiſdemque claris & perſpicuis, quæ non aliter in foro, quam contrahentium intentione, explicari poſsint.*

X. *Poſt contracta Sponſalia Sponſos inſtruet, qua religione & fide matrimonium inire debeant. Hortabitur etiam, ut, antequam illud contrahant, vel ſaltem triduo ante conſummationem, ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum pie accedant.*

XI. *Monebit præterea, ut, juxta receptam Eccleſiæ conſuetudinem, intra quadraginta dies ad matrimonii ſolemnizationem procedant; interea vero temporis ab omni carnali commercio abſtineant.*

XII. *A quo periculo ut abſint longius, ſerio illis injungetur, ut ne, quod plerique non ſine maximo animæ ſuæ periculo & ſcandalo faciunt, ſub eodem tecto habitent; ſecus ſi faxint, ſe non ante ad matrimonii benedictionem illos admiſſurum, quam ab invicem diſceſſerint, & digne, pro ſcandalo Eccleſiæ dato, ſatisfecerint.*

XIII. *Et quoniam, ex decreto Eccleſiæ, nulli conjugio jungendi ſunt, niſi proclamationibus tribus publice è ſuggeſto ad populum factis; mandabit Sponſis, ut à ſuo quiſque Parocho hujusmodi denunciationes fieri procuret, & ab alterutro dimiſſoriales ad alterum, qui matrimonium ſolemni benedictione celebraturus eſt, ſecum deferat.*

XIV. *Parochus, aut ex ejus commiſſione Sacerdos alius, hujuſmodi proclamationes facturus, Eccleſiaſticas ſanctiones obſervet; nempe ut matrimonio jungendos, ter, non quidem uno die, ſed tribus continuis feſtivis, ante concionem aut inter Miſſarum ſolemnia, denunciet; ut, ſi qui impedimentum ſciant, hoc proponant antequam illi matrimonium contrahant.*

XV. *Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes; tunc, licentiâ ab Ordinario impetratâ, vel una tantum denunciatio fiat, vel ſaltem à Parocho, & duobus vel tribus teſtibus præſentibus, matrimonium celebretur; deinde ante ejus conſummationem denunciationes in Eccleſia fiant, ad impedimenta cognoſcenda: niſi Ordinarius expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur.*

XVI. *Significabunt Paſtores ſubditis ſuis, omnes illos, qui aut certo ſciunt, aut ſaltem probabili conjectura credunt, proclamatos ſponſos legitimo impedimento à nuptiali contractu prohiberi; idque prece, precio, favore vel odio, reticent; ab Ordinario graviter puniendos eſſe.*

XVII. *Si, proclamatione una pluribuſve factis, impedimentum opponatur; tum Paſtor, aut ejus vicem gerens, opponentem, una cum Sponſis, ad Ordinarium remittet; neque ante ad matrimonii ſolemnizationem progredietur, quam, id ſibi licere, ex Ordinarii literis didicerit; non obſtante quod partes inter ſe transegerint.*

XVIII. Ex *ſponſalibus obligatio ad contrahendum naſcitur.*

*commonendi igitur ſunt deſponſati, ut ne fidem, mutuo datam, violent, niſi graviter peccare velint.*

XIX. *Occurrunt tamen certi in jure caſus, quibus licite à Sponſalibus diſcedi poteſt: videlicet, mutuus partium diſſenſus, approbatæ Religionis ingreſſus, Sacri Ordinis ſuſceptio, ſubſequens cum alia matrimonium, ſuperveniens alterius Sponſorum fornicatio, affinitas, hæreſis, lepra, paralyſis, notabilis deformitas, defectus ejus quod ab altero Sponſorum promiſſum eſt, fama publica canonici impedimenti; & alii quidam caſus, in jure expreſſi.*

XX. *In diſſolvendis juſtam ob cauſam Sponſalibus, Iudicis Eccleſiaſtici autoritas interponi debet, ſi cauſa ſit dubia & non ſatis vulgo explorata.*

## Ritus & forma celebrandi Sponſalia.

Q*Vanquam, in his partibus, Sponſalia, primum privatim, in præſentia ſolum cognatorum & amicorum, celebrantur; tamen, ſi aliquando ad ſolemnem illorum celebrationem Parochum ejuſvè Vicarium vocari contingat, meminerit ille, decens eſſe, ut, quando jam prius de omnibus bene inter Sponſum Sponſamque ac utriuſque partes convenit, tunc coram ipſis, indutus veſte talari, in Eccleſia, ejus porticu, ambitu, vel cæmeterio, aut certe loco publico, ſive alias honeſto, compareat; ubi, propoſitâ per aliquem, ad id ex amicis conſtitutum, conventus cauſâ, diligenter ad ea, quæ ſupra, Not.* VI, VII *&* VIII*, poſita fuerunt, advertat;* Pag. 307 & 308. *atque inveſtiget. Quando de iſtis à Sponſo Sponſaque ſufficienter fuerit edoctus, nomina utriuſque & cognomina inſcribat, ac primum, compellans nomine & cognomine Sponſum, dicat:*

N. Veniſti huc voluntate libera, nullique adſtrictus, ut promittas, te N. quam manu tenes, in uxorem ducturum?

N. Erſcheinet jhr alhie aus eigenem freien willen/auch

keiner anderen die Ehe verſprochen habend/das ihr angelobet/dieſe N. welche ihr bei der hand habt/zu ewrem Ehegemahl zu nehmen?

*Affirmante Sponſo, ſimili modo Sponſam interroget. Annuente autem illa, Parochus, apprehenſis verecunde utriuſque dextris, Sponſum primo, inde Sponſam, ſequentia proferre jubebit:*

Ego N. coram præſentibus omnibus, promitto, me hanc N. quam teneo, ducturum in legitimam uxorem, ſi non obſtiterit aliquod canonicum impedimentum.

Jch N. verheiſſe hier vor allen dieſen gegenwertigen freunden/dieſe N. welche ich mit der hand hab/vor mein Ehelich Gemahl zu nehmen/ſo fern in der heiligen Kirchen kein verhindernus gefunden wird.

*Promiſſionibus eo modo invicem factis, Paſtor ſubjunget:*

Et ego hæc Sponſalia veſtra, ac promiſſionem mutuam, autoritate, quâ, ut miniſter Eccleſiæ, fungor, accepto & approbo, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

*Poſt hæc, deſponſatis Sacerdos felicem conjugii cœpti ſucceſſum precetur, & eorum, quæ, de conjugio pie & religioſe ineundo, paulo ante,* Nota X, XI, XII, XIII, XIV, *dicta ſunt, admoneat. Ad quæ prompte libenterque perficienda, facilius inducentur, ſi Tobiæ & Saræ, ſeptemque qui, cum eam libidinis in-* Pag. 308 & 309.

ſtinctu

*ſtinctu ducerent, ab Aſmodæo Dæmone ſunt extincti, exemplum iis proponatur; & præſertim illa Raphaëlis Angeli verba:*

Tob. 6. c. d. QVi conjugium ita ſuſcipiunt, ut Deum à ſe & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus; habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos. Tu autem, cum acceperis eam, ingreſſus cubiculum, per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud niſi orationibus vacabis cum ea.

## Impedimenta, dirimentia Matrimonium.

*PArochus, admonitus de aliquo Matrimonio, in ſua Parochia contrahendo; primum cognoſcat ex his ad quos ſpectat, qui & quales ſint qui matrimonium contrahere volunt; an inter eos ſit aliquod canonicum impedimentum; utrum ſponte, libere, & ſecundum honeſtatem Sacramenti, velint contrahere; utrum ſint in ætate legitima; ut vir ſaltem quatuordecim, mulier vero duodecim annos expleverit; & uterque ſciat rudimenta fidei, cùm ea deinde filios ſuos docere debeant.*

*Noverit ex probatis autoribus, quæ ſint canonica impedimenta Matrimonii contrahendi, & quæ contractum dirimant; & qui ſint gradus conſanguinitatis & affinitatis, & item cognationis ſpiritualis, ex Baptiſmi vel Confirmationis Sacramento contractæ, & alia, quæ ſequentibus verſiculis explicantur; ut ſunt:*

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.
Si Parochi & duplicis deſit præſentia teſtis,

Raptave ſit mulier, nec parti reddita tutæ;
Hæc ſocianda vetant Connubia, facta retractant.

Error, *perſonæ*. Conditio, *ſervitutis ignoratæ*. Votum, *ſolemne caſtitatis*. Cognatio, *naturalis, legalis, ſpiritualis*. Crimen, *adulterii, cum machinatione mortis alterius conjugis; ſeu adulterii, cum fide data de contrahendo matrimonio poſt conjugis mortem; ſeu contractus matrimonii de præſenti cum adultera, vivente altero conjuge innocente*. Cultus diſparitas, *ex conſuetudine Eccleſiæ; ſcilicet fidelis cum infideli*. Vis, *ſcilicet metus, cadens in conſtantem virum, v. g. detrimenti gravis corporalis, niſi conſentiat in matrimonium*. Ordo, *unus ex majoribus*. Ligamen, *quo quis ligatus eſt uxori, etiam ante conſummationem matrimonii rati, poſt quod, ſecundum matrimonium contractum eſt irritum*. Honeſtas, *id eſt, matrimonium contractum inter Sponſum & cognatos Sponſæ; & inter maritum & cognatos uxoris, adhuc non cognitæ carnaliter; & vice verſa*. Si ſis affinis, *ex copula maritali uſque ad quartum gradum, vel ex copula fornicaria uſque ad ſecundum gradum, incluſive*.

*Vt autem faciliori modo Paſtores cognoſcere poßint conſanguinitatis & affinitatis gradus, eos ſubjuncto Schemate, & regulis ſequentibus, ob oculos ponimus.*

## *Schema Conſanguinitatis.*

| | | |
|---|---|---|
| | Abavus. Abavia. | |
| Magnus Propatruus. Magna Proamita. | Proavus. Proavia. | Magnus Proavunculus. Magna Promatertera. |
| Magnus Patruus. Magna Amita. | Avus. Avia. | Magnus Avunculus. Magna Matertera. |
| Patruus. Amita. | Pater. Mater. | Avunculus. Matertera. |
| Frater. | *Hypothe.* | Soror. |
| Filii & Filiæ Fratris. | Filius. Filia. | Filii & Filiæ Sororis. |
| Nepotes & Neptes ex Fratre. | Nepos. Neptis. | Nepotes & Neptes ex Sorore. |
| Pronepotes & Proneptes ex Fratre. | Pronepos. Proneptis. | Pronepotes & Proneptes ex Sorore. |
| | Abnepos. Abneptis. | |

### *Pro majori directione præcedentis Schematis, ſequentes nota regulas.*

PRima. *In linea recta tam aſcendentium quam deſcendentium quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, una dempta, ſcilicet ſtipite; v. g. Pater & Filius ſunt conſanguinei in primo gradu, Nepos & Avus in ſecundo gradu, &c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Secunda. In linea tranſverſa æquali ( quæ eſt inter perſonas à communi ſtipite æqualiter diſtantes) quot gradibus perſonæ ſingulæ à communi ſtipite diſtant, totidem diſtant inter ſe; unde Frater & Soror ſunt in primo gradu lineæ tranſverſæ, patrueles & conſobrini in ſecundo, Filii eorundem in tertio.*

*Tertia. In linea tranſverſa inæquali, ſeu inter perſonas inæqualiter diſtantes à communi ſtipite, quot gradibus remotior perſona diſtat à ſtipite, tot gradibus diſtant inter ſe: unde Patruus & Nepos, Filius & Soror patris, ſunt conſanguinei in ſecundo gradu. Quæ omnia patent in adjuncto Schemate.*

Si forte coire nequibis; *ſcilicet ratione impotentiæ. Atque hæc ſunt quæ matrimonium etiam contractum dirimant. Reliqua per ſe ſunt clara.*

## Impedimenta, impedientia Matrimonium.

*PRæter peccatum mortale & excommunicationem, ſex potiſſimum reddunt matrimonium moraliter illicitum; ſcilicet:*

Eccleſiæ vetitum; nec non Tempus feriatum;
Atque Catechiſmus, Crimen, Sponſalia, Votum;
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

*Dicitur primo,* Vetitum, *id eſt, prohibitio Eccleſiæ; quæ fit ab Epiſcopo vel Parocho ob dubium impedimenti alicujus vel inhabilitatis inter copulandos.*

*Dicitur ſecundo,* Tempus feriatum, *quod ſecundum Concil. Trident. Seſſ. 24 de Reformatione, incipit nunc ab Adventu Domini uſque ad Epiphaniam incluſive; & à die Cinerum uſque ad Octavam Paſchæ incluſive: quibus tamen temporibus non prohibetur contractus aut conſummatio Matrimonii, ſed tantum ſolemnitas nuptiarum, v. g. Benedictio, deductio Sponſæ ſolemnis ad domum Sponſi, convivia nuptialia, &c.*

*Dicitur tertio,* Catechiſmus; *quod impedimentum contrahitur ab eo, qui reſpondet pro infante, quando ſupplentur Cærimoniæ*

*poſt Baptiſmum, collatum in neceßitate. Sed videtur hoc impedimentum jam ſublatum.*

*Dicitur quarto,* Crimen; *ut, 1, inceſtus cum conſanguinea conjugis in primo vel ſecundo gradu, ſcienter admiſſus, (qui impedit matrimonium cum quacunque alia perſona,) vel cum propria matre aut filia. 2, raptus alienæ perſonæ. 3, uxoricidium. 4, Preſbytericidium. 5, ſuſceptio propriæ prolis ex Baptiſmo, ad impediendam redditionem debiti. 6, Publica pœnitentia, quamdiu durat. 7, Matrimonium cum Moniali. Verum hæc per non uſum ſunt ſublata.*

*Dicitur quinto,* Sponſalia; *ſcilicet ſi cum unâ contracta, & non diſſoluta.*

*Dicitur ſexto,* Votum; *ſcilicet ſimplex, ſive caſtitatis, ſive religionis, ſive non nubendi.*

## Sunt præterea tria adhuc impedimenta Matrimonii.

P*Rimum,* Clandeſtinitas. *Etſi enim valet matrimonium ubi Trident. Concil. non eſt receptum, ſi clandeſtine contrahatur; non licet tamen, ſub mortali, clandeſtine contrahere. Vbi vero Concil. Trident. eſt receptum, matrimonium clandeſtinum eſt irritum.*

*Secundum,* omiſſio Benedictionis, *ſaltem in primo matrimonio.*

*Tertium,* ſi contrahatur matrimonium ſine præviis proclamationibus.

# DE IPSO MATRIMONII SACRAMENTO.

*QVod ſi vero Sponſalibus adhibitus non fuerit Parochus, Eccleſiæ Catholicæ præſcriptum & conſuetudinem ſequatur hoc modo:*

*Admonitus de aliquo Matrimonio in ſua Parochia contrahendo, primum cognoſcat ex his ad quos ſpectat, qui & quales ſint, qui matrimonium contrahere volunt; an inter eos ſit aliquod ex ſupra dictis impedimentis; utrum ſponte, libere, & ſecundum honeſtatem Sacramenti, velint contrahere; utrum ſint in ætate legitima, ſcilicet mas quatuordecim, femina duodecim annorum completorum; utrum uterque ſciat rudimenta fidei, ut ea deinde filios docere poſſint.*

*Noverit, præter gradus conſanguinitatis & affinitatis, etiam gradus cognationis ſpiritualis, ex Baptiſmi vel Confirmationis Sacramento contractæ.*

*Habeat in primis ipſe bene cognita præcepta illa omnia, quæ in matrimoniis rite conficiendis ſervari oportere, ſacri Canones, & præcipue ſancta Synodus Tridentina juſſit; dabitque operam, ut illa in Parochia ſua accurate exacteque ſerventur.*

*Præſertim vero meminerit, matrimonia inter raptorem & raptam, dum ipſa in raptoris poteſtate manſerit, inita, nec non clandeſtina, & quælibet matrimonia, quæ aliter, quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi vel Ordinarii licentia, & duobus vel tribus teſtibus, contrahuntur, ex ipſius Concilii decretis irrita omnino ac nulla eſſe.*

*Eſt autem proprius Parochus, qui adeſſe debet, is, in cujus Parochia matrimonium celebratur, ſive viri, ſive mulieris.*

Concil. Trident. Seſſ. 24. cap. 1. de reform. Matrim.

Id quod bene notandum eſt. Alius enim Parochus, vel alius Sacerdos, ſive Regularis ſive Sæcularis, etiamſi id ſibi ex privilegio, vel immemorabili conſuetudine, licere contendat, qui alterius Parochiæ ſponſos, ſine illorum Parochi licentia, matrimonio conjungere aut benedicere auſus fuerit, ipſo jure tamdiu ſuſpenſus manet, donec ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſolvatur.

Idem, loc. cit. c. 7.

*Caveat præterea Parochus, ne facile ad contrahendum matrimonium admittat vagos & peregrinos, & qui incertas habent ſedes; neque item eos, qui antea conjugati fuerunt, ut ſunt uxores militum, vel captivorum, vel aliorum qui peregrinantur; niſi diligenter de iis omnibus facta inquiſitione, & re ad Ordinarium delata, ab eoque habitâ, ejuſmodi matrimonia celebrandi, licentiâ; quæ gratis concedatur.*

Idem, Seſſ. cit. c. 1.

*Antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho continuis diebus feſtis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia, ad ipſius Concilii præſcriptum, publice denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum.*

*Si vero vir & mulier Parochiæ ſint diverſæ, in utraque Parochia fiant denunciationes: quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii procedatur. Sed, ſi quid obſtat, ultra Parochus non procedat.*

*Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, vel alia rationabilis cauſa ſubſit, arbitrio Epiſcopi, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes: tunc de licentia Ordinarii, vel una tantum fiat denunciatio, vel, ſaltem Parocho & duobus vel tribus teſtibus præſentibus, matrimonium celebretur; deinde, ante illius conſummationem, denunciationes in Eccleſia fiant, ut, ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur; niſi aliter Ordinarius ipſe expedire judicaverit.*

*Has*

*Has autem denunciationes Parochus facere non aggrediatur, niſi prius de utriuſque contrahentis libero conſenſu ſibi bene conſtet.*

*Si vero infra duos menſes poſt factas denunciationes matrimonium non contrahatur, denunciationes repetantur; niſi aliter* Epiſco*po videatur.*

*Denunciationes autem fiant hoc modo. Inter Miſſarum ſolemnia Parochus populum admoneat in hanc ſententiam, vulgari ſermone:*

Notum ſit omnibus, hic præſentibus, quod *N.* vir, & *N.* mulier, ex tali vel tali familia & Parochia, Deo adjuvante, intendunt inter ſe contrahere matrimonium. Proinde admonemus omnes & ſingulos, ut, ſi quis noverit aliquod conſanguinitatis, vel affinitatis, aut cognationis ſpiritualis, vel quodvis aliud impedimentum inter eos eſſe, quod matrimonium contrahendum invicem impediat, illud quamprimum nobis denuntiare debeat; & hoc admonemus, primo, *ſi fuerit prima; vel* ſecundo, *ſi fuerit ſecunda; vel* tertio, *ſi fuerit tertia denunciatio.*

*Moneat Parochus conjuges, ut, ante benedictionem Sacerdotalem in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent, neque matrimonium conſumment; nec etiam ſimul maneant, niſi aliquibus propinquis vel aliis præſentibus: quæ benedictio à nullo alio, quam ab ipſo Parocho, ſeu ab alio Sacerdote de ipſius Parochi vel Ordinarii licentia, fieri debet.*

*Caveat etiam Parochus, ne, quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in ſecundis benedicat, ſive mulier ſive etiam vir ad ſecundas nuptias tranſeat. Quod ſi mulier nemini umquam nupſerit, etiamſi vir aliam uxorem habuerit, nuptiæ pro hujus Diœceſis noſtræ conſuetudine nihilominus benedici poſſunt. Sed viduæ nuptias non benedicat, etiamſi ejus vir nunquam uxorem duxerit.*

*Matrimonium in Eccleſia maxime celebrari decet; ſed ſi domi*

*celebratum fuerit, præſente Parocho & teſtibus Sponſi, ſi capaces ſunt, veniant ad Eccleſiam, benedictionem accepturi; & tunc caveat Sacerdos, ne iterum à contrahentibus conſenſum exigat; ſed tantum benedictionem illis conferat, celebratâ Miſſâ, ut infra dicetur.*

*Admoneantur præterea conjuges, ut, antequam contrahant, ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſsimam Euchariſtiam, atque ad Matrimonii Sacramentum, pie accedant; &, quomodo in eo recte & Chriſtiane converſari debeant, diligenter inſtruantur ex divina Scriptura, exemplo Tobiæ & Saræ, verbiſque Angeli Raphaëlis, eos docentis, quam ſancte conjuges debeant convivere.*

*Miſſa tempore Nuptiarum dici debet, ut habetur in Miſſali, pro Sponſo & Sponſa. Si vero eodem die Officium fuerit duplex, vel de Dominica, dicitur Miſſa de Feſto vel Dominica, cum commemoratione pro Sponſis.*

*Habeat Parochus librum, in quo conjugum & teſtium nomina, diemque & locum contracti Matrimonii, ſcribat: quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Quod ſi Sacerdos alius, Parochi loco, interfuerit, tum ipſius nomen, tum illius cujus facultate factum eſt, ſcribantur in eodem libro.*

*Poſtremo, meminerint Parochi, à Dominica prima Adventus uſque ad diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum uſque ad Octavam Paſchæ, incluſive, ſolemnitates nuptiarum prohibitas eſſe; ut, nuptias benedicere, Sponſam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omni tempore contrahi poteſt. Nuptiæ vero, qua decet modeſtia & honeſtate, fiant: ſancta enim res eſt Matrimonium, ſancteque tractandum.*

## Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum.

*PArochus igitur, Matrimonium celebraturus, publicationibus factis, tribus diebus feſtis, ut dictum eſt, ſi nullum obſtet legiti-*

*mum*

*mum impedimentum, in Eccleſia ſuperpelliceo & albâ ſtolâ indutus, adhibito uno ſaltem Clerico, ſuperpelliceo pariter induto, qui librum & vas Aquæ benedictæ cum aſperſorio deferat, coram tribus ſaltem vel duobus teſtibus, ſtante viro ad dexteram, muliere vero ad ſiniſtram, explicet eis vim & efficaciam hujus Sacramenti; item, quanta ſit hujus vinculi, quo ſe mutuo obſtringere volunt, obligatio, &c. Erit autem exhortatio hæc vel ſimilis, ut ſequitur.*

# Ermahnung / ſo beſchehen ſoll / ehe zwo Perſohnen Ehelich durch den Prieſter zuſamen geben werden.

AUßerwelte in Chriſto dem HErren. Dieſe zwo gegenwertige Perſohnen / als nemblich N. vnd N. haben ſich gegeneinander zu dem H. Sacrament der Ehe verſprochen. Sie ſeind auch ordentlicher weiſe / zum drittenmal / auff der Cantzel verkündiget; iſt aber biß dato kein Jrrung oder Verhindernuß fürgebracht worden. Wo fern aber noch jemands zugegen / deme einige Vrſach / dieſes heilige Werck gebürlicher weiſe zu verhindern / bewuſt were / derſelb wölle es bei Chriſtlicher Gehorſamb alßbald / der gebür nach / offenbahren / vnd keins wegs verhalten. Vnd dieſes zum erſten / andern vnd dritten mahl.

*Aliquantulum pauſat.*

Dieweil dan auch an jetzo nichts fürkommet / ſo dies heilige Werck der Ehe hinderſtellig machen kundte / ſo habt jhr Erſtlich beede zu vernemmen / daß der Eheſtand nit ein geringe Cerimoni oder ſchlechter Gebrauch / von Menſchen erdicht / ſondern von GOTT ſelbſten im Jrdiſchen Paradeiß / eingeſetzt; Er iſt auch im alten Ge-

ſatz / weder durch die Erbſünd verwüſtet / noch durch den Sündtfluß vertilget: Im Newen aber von Chriſto zu Cana in Galilea / mit einem fürtrefflichen Wunderzeichen verehrt / vnd endlich gar zu einem der heiligen Sacramenten erhöhet worden.

Fürs Ander / habt ihr zu mercken / daß fürnemblich drei Vrſachen ſein / warumb der Eheſtand von GOTT iſt eingeſetzt / ſo wunderbarlich erhalten / vnd endlich ſo hoch verehrt worden.

Erſtens / das durch die Eheliche Beiwohnung Manns vnd Weibs / Kinder erworben / Chriſtlich erzogen / das Menſchliche Geſchlecht auff Erden erhalten / vnd / durch Mehrung deſſelbigen / die Zahl der Außerwählten im Himmel erfüllt wurde.

Zum Andern / hat GOTT den Eheſtandt eingeſetzt / auff daß dardurch abgeſchnitten vnd vermitten wurde / vnter dem Chriſtlichen Volck / allerlei vnehrbarlicher Wandel / Schand vnd Vnzucht / durch welche / nach der Lehr deß H. Apoſtels / das Reich GOttes keines wegs kan ererbt werden.

Die dritte Vrſach ſolcher Einſetzung / daß GOtt in Verpflichtung Manns vnd Weibs / ein groſſes Sacrament / vnd eigentliches Zeichen geben wolte der wunderbarlichen vnd gnadenreichen Vereinigung Chriſti vnd ſeiner Kirchen / auch der vnaußſprechlichen Lieb / die er an derſelben erwieſen / in deme er ſie / durch ſein koſtbarliches thewres Blut erlöſet vnd erkaufft / auch täglich durch ſeine Gnad vnd Gegenwertigkeit regiert vnd erhält. Darauß dan die Chriſtliche Eheleuth zu lernen / ſich einander zu lieben / keines das ander nicht zuverlaſſen / ſondern / als getrewe Mitgehilffen / eines das ander zu vbertragen / vnd in allerhand Trübſal vnd Mühſeligkeiten beſtendig

bei

bei einander zu verbleiben. Wan man ſich derowegen alſo im Eheſtand verhaltet / ſo gibt GOtt ſeinen Segen von oben herab / mehret die zeitliche Güter vnd Nahrung / verleihet Gottsförchtige vnd gehorſame Kinder vnd Kinds Kinder / vnd endlich mit jhnen die ewige Seligkeit.

Wan ſie derowegen jhnen zu ſolchem Gottſeligen Vorhaben getrawen / So frage ich euch / Hochzeiter / Iſt es noch ewer gründlich wolbedachter Will vnd Meinung / mit diſer gegenwertigen Hochzeiterin in Ehren Ehelich zu werden? ſo ſprechet / Ja.

Gedenckt jhr auch / dieſer ewer gegenwertigen Hochzeiterin getrewlich vorzuſtehen / als das Haupt / wie Adam vnſer erſten Mutter Evæ / vnd ſie zu lieben als euch ſelbſt? ſo ſprechet / Ja.

Wöllet jhr ſie auch / in aller Noth dieſes armſeligen Lebens / nicht verlaſſen / ſondern bei jhr verbleiben / biß euch beede der Todt ſcheidet? ſo ſprechet / Ja.

Deßgleichen frag ich euch / Hochzeiterin / Iſt es noch ewer vngezwungner / freier vnd wolbedachter Will vnd Meinung / mit dieſem ewrem gegenwertigen Hochzeiter in Ehren Ehelich zu werden? ſo ſprechet / Ja.

Gedenckt jhr auch in allen billichen Sachen / vnd Göttlichen Wercken / jhme gehorſamb zu ſein / wie Eva vnſer erſte Mutter dem Adam / vnd jhne zu ehren / wie Sara den Abraham? ſo ſprechet / Ja.

Wöllet jhr auch in aller Noth dieſes armſeligen Lebens / jhne nicht verlaſſen / ſondern beſtendig bei jhme verbleiben / biß euch beede der Todt ſcheidet? ſo ſprechet / Ja.

Dieweil jhr dan ſolche Eheliche Lieb vnd Trew gegeneinander leiſten wöllet / ſo gebet / zu mehrerer Be-

krefftigung dieſes H. Wercks / einander die Gemahlring vnd Hände.

*Dum dextras jungunt, & annulos figunt, Sacerdos dicit:*

ANnulo ſuo ſubarrhavit me Dominus, &, tanquam ſponſum, decoravit corona.

*Quid manuum junctio ſignificet.*

DJe Zuſamenbietung der Händ iſt nichts anders / dan daß jhr da / vor GOtt vnd einer Chriſtlichen Gemein / gleich als mit einem Aid / beſtettigt / keiner von dem andern zu weichen / wan ſchon Gott ein Trübſal herſchickt / ſondern wöllet beſtendig bei einander verbleiben / biß euch der Todt ſcheidet.

*Quid annulus.*

GLeicherweiß wie dieſer Ring rund / keinen Anfang noch End hat / alſo ſoll auch ewre Trew / die jhr da einander gebt / kein end haben: Auch ſollet jhr ſolches anfangen vnd thun in Namen vnd zu ehren deſſen / der weder Anfang noch End hat.

*Tunc amborum manus ſtolâ ſuâ circumvolvat, atque ita dicat:*

MAtrimonium, in facie Eccleſiæ inter vos contractum, Deus confirmet: & ego illud approbo, perficio atque ſolemnizo, in nomine Patris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ſancti. Amen.

DJE Ehliche Pflicht / die jhr da / vor Gott vnd ſeiner Gemein / einander gelobt vnd verſprochen habt / beſtetige ich auß Befelch der H. Chriſtlichen Kirchen /

chen/ Jm Namen deß Vatters / vnd deß Sohns/ vnd deß H. Geiſtes/ Amen. Gott geb euch ſeinen Segen.

*His expletis, facit ad circumſtantes ſequentem exhortationem:*

JHR Geliebte in Chriſto / dieweil der Almegtig Ewig Gott / bei dieſem Heiligen Sacrament der Ehe ſonderbare Gnad (wie dan in andern H. Sacramenten auch zu ſehen) verleihet / wo ſich anderſt der Menſch auß Göttlicher Gnad darzu geſchickt vnd fähig machet: Damit dan auch dieſe gegenwertige Perſohnen / ſo jhren Eheſtand heut vor der Chriſtlichen Gemein beſteten / der Gnaden / ſo der barmhertzig GOTT in dieſem H. Sacrament darreicht/ auch theilhafftig werden/ So bittet mit gebognen Knien den allmägtigen ewigen Gott / daß er dieſen Eheleuthen verleihen vnd mittheilen wölle ſeinen Göttlichen Segen vnd Gnad/ zu einem guten Anfang jhrer Chriſtlichen Beiwohnung / beſſerm Mittel / vnd ſeligem End / damit ſie jhr Leben in dieſem Ehelichen Stand alſo vollenden nach ſeinem Göttlichen willen / das ſie nach dieſem zeitlichen Leben mögen aus der Gnad GOttes beſitzen die ewige Seligkeit. Dieſes zu erlangen / ſprechet mit einander ein andächtiges Vatter vnſer / mit ſampt dem Engeliſchen Gruß.

*Primarum nuptiarum benedictio.*

*SI benedicendæ ſint nuptiæ; Parochus Miſſam pro Sponſo & Sponſa, ut in Miſſali Romano, celebret; ſervatis omnibus, quæ ibi præſcribuntur.*

*Si autem, extra Miſſam, Matrimonium celebratum fuerit,*

*aut etiam ſupradictus ritus, in Romano Miſſali præſcriptus, pro loci & temporis opportunitate commode obſervari non poteſt; poterit ſe Parochus conſuetudini, hactenus in Diœceſi noſtra receptæ, conformare, &, peracta ſupradicta exhortatione, nuptias, prout ſequitur, benedicere.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Deinde ſubjungat Pſalmum* 127.

BEati omnes qui timent Dominum; qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filii tui ſicut novellæ olivarum: in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael. Gloria Patri, *&c.* Sicut erat *&c.* Kyrie eleïſon, Chriſte eleïſon, Kyrie eleïſon. Pater noſter, *&c.* *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Salvos fac fideles tuos. *Reſp.* Deus meus

ſperantes in te. *Verſ.* Exaudiat vos Dominus in die tribulationis. *Reſp.* Protegat vos nomen Dei Iacob. *Verſ.* Mitte eis, Domine, auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eos. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRopitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris; & inſtitutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte; ut, qui te autore junguntur, te auxiliante ſerventur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.*

Oremus.

DEus, qui, poteſtate virtutis tuæ, de nihilo cuncta feciſti; qui, diſpoſitis univerſitatis exordiis, homini, ad imaginem Dei facto, ideo inſeparabile mulieris adjutorium condidiſti, ut femineo corpori de virili dares carne principium, docens, quod ex uno placuiſſet inſtitui, nunquam licere disjungi; Deus, qui tam excellenti myſterio conjugalem copulam conſecraſti, ut Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum præſignares in fœdere nuptiarum; Deus, per quam mulier jungitur viro, & ſocietas principaliter ordinata, ea be-

nedi-

nedictione donatur, quæ ſola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvii eſt ablata ſententiam: reſpice propitius ſuper hanc famulam tuam, quæ, maritali jungenda conſortio, tua ſe expetit protectione muniri: ſit in ea jugum dilectionis & pacis: fidelis & caſta nubat in Chriſto, imitatrixque ſanctarum permaneat feminarum: ſit amabilis viro ut Rachel, ſapiens ut Rebecca, longæva & fidelis ut Sara: nihil in ea ex actibus ſuis ille autor prævaricationis uſurpet: nexa fidei mandatiſque permaneat, uni thoro juncta: contactus illicitos fugiat: muniat infirmitatem ſuam robore diſciplinæ: ſit verecundiâ gravis, pudore venerabilis, doctrinis cæleſtibus erudita: ſit fœcunda in ſobole: ſit probata & innocens: & ad beatorum requiem atque ad cæleſtia regna perveniat: & videant ambo filios filiorum ſuorum, uſque in tertiam & quartam generationem: & ad optatam perveniant ſenectutem. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, *&c.*

Oremus.

DEus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, ſit vobiſcum: & ipſe adimpleat benedi ✠ ctionem ſuam in vobis: &

videa-

videatis filios filiorum veſtrorum, uſque ad tertiam & quartam generationem; poſtea vitam æternam habeatis ſine fine: adjuvante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Et ſtatim aſpergit eos aquâ benedictâ.*

*Peractis omnibus, Parochus manu ſua deſcribat, in libro Matrimoniorum, nomina conjugum & teſtium, & alia, juxta formulam præſcriptam: idque, licet alius Sacerdos, vel à ſe vel ab Ordinario delegatus, Matrimonium celebraverit.*

## De ſecundis nuptiis.

*NVptiæ ſecundæ ratione triplici exiſtunt; primo, ex parte utriuſque, Sponſi ſcilicet & Sponſæ; ſecundo, ex parte Sponſæ tantum, ſi ea ſit vidua; tertio, ex parte Sponſi ſolum, non autem Sponſæ.*

*Quæ ergo ſunt nuptiæ ſecundæ poſtremi ordinis, hoc eſt ratione viri ſolum, eæ, quia femina non fuit benedicta, ad modum jam præſcriptum benedicendæ ſunt. Similiter, ſi caſu aliquo in ſecundo genere ſit vidua, quæ ſemel nupſit, ſed, ante benedictiones receptas vidua facta, iterum nubit, benedicenda eſt.*

*Aliàs ordinarie bigamorum nuptiæ, tam ratione ſponſi & ſponſæ ſimul, quam ſponſæ ſolum, ut ſupra notatum, benedicendæ non ſunt, ſed ordo ſubjectus ſervetur.*

## Forma celebrandi ſecundas nuptias.

I. *QVando Sacrum finitum eſt, ad altare veniant, ibique adgeniculentur; & ſtatim Parochus, ſi opus ſit, aut antea non ſint exhibitæ, literas petat dimiſſoriales; eas legat & examinet.*

II. *Si Sponſalibus non interfuit, quærat uti ſupra; an, ut contrahant inter ſe matrimonium, adſint; an libera voluntate, à nullo*

*coacti, idipſum faciant; an à voto, quod matrimonio obſtet, & promiſsione alteri facta, liberi ſint.*

Pag. 324. III. *Annulum petat, eumque Sponſum Sponſæ digito annulari imponere jubeat; & dicat ut ſupra.*

IV. *Brevem de Matrimonio admonitionem ad Sponſum & Sponſam faciat; & præſentes, ut pro felici conjugii ſucceſſu Deum precentur, pie hortetur.*

V. *Conjungat in matrimonium, ad modum, in primis nuptiis poſitum.*

VI. *Euangelio S. Ioannis finito, non benedicat; ſed, loco bene-* Pag. 241. *dictionum*, Pſalmum *pro qualitate perſonarum ſuperius in modo introducendi poſitum,* Levavi oculos meos, *cum Orationibus ſequentibus, ſuper genuflexis conjugibus recitet.*

## Oratio.

RESpice, Domine, ſuper hanc conjunctionem tuam; ut, ſicut ſanctum Angelum tuum Raphaelem miſiſti Tobiæ & Saræ Raguelis, ita mittere digneris auxilium tuum ſuper hos conjuges, ut in tua voluntate permaneant, & in amore tuo vivant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Dominum noſtrum.

## Oremus.

PRætende, quæſumus Domine, fidelibus tuis dexteram cæleſtis auxilii, ut te toto corde perquirant, &, quæ dignè poſtulant, conſequantur. Per Dominum noſtrum.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & cha-

ritas ✠ Patris, & communicatio ſancti Spiritus, ſit ſemper vobiſcum.

*Ad extremum poterit haberi brevis admonitio; qua dicta, aſpergat Parochus conjuges, & populum in pace dimittat.*

## Benedictio impeditorum conjugum.

F*It interdum (Deo hominum vindicante ſive infidelitatem ſive libidinem,) ut vir & mulier, maleficio impediti, à matrimonii uſu impediantur. Ad quam depellendam noxam, conjuges, primum omnium, diligenti conſcientiæ examine & confeſſione ſacramentali præmiſſa, adibunt Sacerdotem; qui, lecta Miſſa de Spiritu ſancto aut Deipara Virgine Maria, ſequentes ſubjiciet Orationes:*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Salvum fac ſervum tuum & ancillam tuam. *Reſp.* Deus meus ſperantes in te. *Verſ.* Mitte eis Domine auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eos. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in eis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. *Verſ.* Eſto eis Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, Fili Dei vivi, qui in paradiſo terreſtri matrimonium inſtituiſti in officium; & poſtmodum, pro nobis homo factus & ex Virgine natus, etiam in Sacramentum; & tua præſentia ac miraculorum tuorum primitiis dignanter illuſtraſti: quæſumus, ut, per merita Beatiſſimæ Virginis Mariæ, matris tuæ, Beatorum Criſpini & Criſpiniani Martyrum, omniumque Sanctorum & Sanctarum tuarum, hos conjuges, Matrimonii Sacramento copulatos, bene ✠ dicere, & ab omni ligamento, faſcinatione, & maleficio Satanæ, fœcunditatem & ſalutarem ſobolis propagationem eis impartiendo, tua pietate liberare digneris. Qui cum Patre & ſancto Spiritu vivis & regnas.

*Deinde Pſalmi ſequentes dicuntur:*

*Pſalmus* 1. Beatus vir, qui non abiit.

*Pſalmus* 90. Qui habitat in adjutorio.

*Pſalmus* 127. Beati omnes, qui timent Dñm.

*Deinde Preces ſequentes:*

Kyrie eleïſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Salvum fac ſervum tuum & ancillam tuam. *Reſp.* Deus meus ſperantes in te. *Verſ.*

Mitte eis Domine auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eos. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in eis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. *Verſ.* Eſto eis Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Beatæ ſemper Virginis Mariæ uterum mirabiliter fœcundaſti, ut de Spiritu ſancto verum Deum & hominem, Salvatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, conciperet: imploramus clementiam tuam, ut his famulis tuis, matrimonii nexu conjunctis, ſublato omni Dæmonis impedimento & maleficio, ſalutarem matrimonii fructum largiri digneris. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum *&c.*

*Deinde, benedicens utrique, ſubjiciat:*

CReator cæli & terræ, qui primis parentibus, matrimonii fœdere ſociatis, dixit: Creſcite & multiplicamini & replete terram; ille ſua vos benedictione, adverſus omnes Diabolicas infeſtationes, fœcundet atque multiplicet; & Chriſtianæ ſobolis ſalutarem

propagationem miſericorditer nobis concedat, in nomine Pa ✠ tris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Poſtea aſpergat illos aquâ benedictâ, & dimittat.

*Cavendus vero craſſus ille error, & rei ſacræ manifeſtus abuſus, quo, tali maleficio vexatis ſuccurri poſſe, aliqui putant, ſi vir & mulier, priori matrimonio, legitime & in facie Eccleſiæ contracto, mutuo conſenſu renuncient, & novum coram Sacerdote contrahant. Cum enim nulla ſit ratio, cur ſecundum matrimonium contra ejuſmodi maleficia remedium efficacius eſſe poſſit, quam primum; veriſimile eſt, hoc procurari à Dæmone, omnium maleficiorum autore, ut res ſacras hominibus ludibrio exponat. Deinde Sacramento Matrimonii gravis irrogatur injuria; quod, ſemel rite contractum, neque Eccleſiæ autoritate neque mutuo partium conſenſu ſolvi poteſt; dicente Domino: Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.*

Benedictio mulieris prægnantis, ubi aut matris aut infantis vita periclitatur.

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Salvam fac ancillam tuam. *Reſp.* Deus meus ſperantem in te. *Verſ.* Eſto illi, Domine, turris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in ea. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Verſ.* Mitte ei Domine auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eam. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia majeſtatis adorare unitatem: quæſumus, ut, ejuſdem fidei firmitate, hæc famula tua ab omnibus ſemper muniatur adverſis. Per Dominum noſtrum.

Oremus.

DOmine Deus, omnium Creator, fortis & terribilis, juſtus & miſericors; qui ſolus bonus & pius es; qui de omni malo liberas Iſrael, qui electos Patres munere Spiritus tui ſanctificaſti; qui glorioſæ Virginis matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filii tui habitaculum eſſe mereretur, Spiritu ſancto cooperante præparaſti; qui Ioannem Baptiſtam Spiritu ſancto repleri & in utero matris exultare feciſti: accipe

ſacrificium cordis contriti, ac fervens deſiderium famulæ tuæ *N.* humiliter ſupplicantis, pro conſervatione prolis debilis, quam ei dediſti concipere; & cuſtodi partem tuam, & defende ab omni dolo & injuria dicti hoſtis; ut, obſtetricante manu miſericordiæ tuæ, fœtus ejus ad hanc lucem veniat incolumis, ac ſanctæ regenerationi ſervetur, tibique in omnibus jugiter deſerviat, & vitam conſequi mereatur æternam. Per eundem Dominum.

*Poſtea aſpergat aquâ benedictâ, dicendo*

Pag. 289. *Pſalmum* 66. Deus miſereatur noſtri, *&c.*

*Verſ.* Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu. *Reſp.* Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula. *Verſ.* Angelis ſuis mandet de te. *Reſp.* Vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

VIſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea, & à præſenti famula tua, longe repelle; & Angeli tui ſancti habitent in ea, qui eam, & fœtum ejus, ab omni adverſitate & mortis periculo, tua bene ✠ dictione, cuſtodiant. Per Dominum noſtrum.

Bene-

Benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Filii, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.

*Benedictio purificandæ mulieris poſt partum.*

NOTATIO.

*SI qua puerpera poſt partum, juxta piam ac laudabilem conſuetudinem, ad Eccleſiam venire voluerit, pro incolumitate ſuâ Deo gratias actura, petieritque à Sacerdote benedictionem; ipſe, ſuperpelliceo & ſtola alba indutus, cum miniſtro aſpergillum deferente, ad fores Eccleſiæ accedat; ubi illam, foris ad limina genuflectentem, & candelam accenſam in manu tenentem, & prolem, ſi ea ſuperſit, in ulnis geſtantem, aquâ benedictâ aſpergat; deinde dicat:*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram.

*Deinde præbeat mulieri partem ſtolæ, & pergat ad altare, inchoans Antiph.* Hæc accipiet benedictionem à Domino. *Deinde proſequatur Pſalmum* 23, Domini eſt terra & plenitudo ejus: *vel Pſalmum* 120.

LEvavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum,& exitum tuum; ex hoc nunc,& uſq; in ſæculum.

Gloria Patri & Filio. Sicut erat in principio, *&c.* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

*Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem.

*Resp.* Sed libera nos à malo.

*Deinde Parochus, ad mulierem converſus, dicit:*

*Verſ.* Salvam fac ancillam tuam, Domine. *Resp.* Deus meus ſperantem in te. *Verſ.* Mitte ei Domine auxilium de ſancto. *Resp.* Et de Sion tuere eam. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in ea. *Resp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Verſ.* Eſto illi Domine turris fortitudinis. *Resp.* A facie inimici. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Resp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

## Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: bene ✠ dicere digneris hanc famulam, quæ, ad imitationem ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſeſe, cum gratiarum actione, purificandam in templo exhibet: & concede propitius, ut, ſicut ei prolis fœcunditatem, & vires templum tuum ingrediendi, contuliſti, ita, per interceſſionem ejuſdem immaculatæ Virginis, ab omni mentis & corporis contagio liberatam, ad ſancta ſanctorum pura facias mente accedere, &, poſt finem præſentis vitæ, templum cæleſte introire. Per eundem Chriſtum. *Poſtea dicat:*

*Verſ.* Benedicamus Dño. *Reſp.* Deo gratias.

BEnedictio Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen.

*Sacerdos, ſi celebraturus ſit Miſſam pro ea, induitur Sacerdotalibus indumentis, & dicit Miſſam occurrentis diei, vel aliam votivam, juxta mulieris devotionem: aptiſſime autem huic laudis officio congruit Miſſa Purificationis B. Mariæ, quæ incipit,* Suſcepimus. *quæ ſi legatur, omittentur in Collecta*, hodierna die. *qua finita, dimittetur mulier cum benedictione Domini in pace. Quod ſi ad celebrandam Miſſam non poſſit Sacerdos haberi; addet Paro-*

Pag. 188. *chus ad ſupraſcriptas preces Euang.* In principio erat Verbum; *aut potius,* Poſtquam impleti, *ex Officio Purificationis Beatæ Virginis; & dicit:*

*Verſ.* Dominus vobiſcum.

*Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Verſ.* Sequentia S. Euangelii ſecundum Lucam. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundum legem Moyſi; tulerunt Ieſum in Hieruſalem, ut ſiſterent eum Domino; ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: Quia omne maſculinum, adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur; & ut darent hoſtiam (ſecundum quod dictum eſt in lege Dñi,) par turturum, aut duos pullos columbarum. *Reſp.* Laus tibi Chriſte.

*Verſ.* Poſt partum virgo inviolata permanſiſti. *Reſp.* Dei genitrix intercede pro nobis.

Oremus.

DEus, qui hanc famulam tuam de pariendi periculo liberaſti, & eam in ſervitio tuo devotam feciſti: concede, ut, temporali curſu fideliter peracto, ſub alis miſericordiæ tuæ vitam quietam & perpetuam conſequatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Vel:* Deus, qui corda fidelium S. Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis, in eodem Spiri-

tu re-

tu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

*Item:* Deus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præſtitiſti; tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus autorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum, *&c.*

*Deinde Sacerdos præbet illi oſculandum librum Miſſalem, dicendo:*

*Verſ.* Dominus det tibi ſuam pacem;
*Reſp.* Et vitam æternam.

*SI contigerit, mulierem certo tempore à purificatione, adverſa valetudine, impediri; differatur purificatio, donec, utcunque reſtituta, in Eccleſiam ingredi poſſit; etiamſi mortis immineat periculum: quia purificatio extrà facienda non eſt; neque ſubſtituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ. Si quæ vero pepererit prolem illegitimam, ea non introducatur per Sacerdotem, ſed ſola ingrediatur.*

*Miſſam ſiccam (quam vocant) neque ad purificandam mulierem, neque ad celebrandum conjugium, aut ad ullum alium uſum, celebrari permittimus.*

# DE BENEDICTIONIBVS

## Regulæ generales.

*NOverit Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipſum, & quæ ad Epiſcopum, ſuo jure pertineant; ne majoris dignitatis munera temere aut imperite unquam uſurpet propria autoritate.*

*In omni benedictione extra Miſſam, Sacerdos ſaltem ſuperpelliceo & ſtola, pro ratione temporis, utatur; niſi aliter in Miſſali notetur.*

*Stando ſemper benedicat, & aperto capite.*

*In principio cujuſque benedictionis dicat:*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Dñi. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Deinde dicatur Oratio propria, una vel plures; prout ſuo loco notatum fuerit.*

*Poſtea rem aſpergat aquâ benedictâ: ubi notatum fuerit, pariter incenſet, nihil dicendo.*

*Cum Sacerdos aliquid benedicturus eſt, habeat miniſtrum cum vaſe aquæ benedictæ & aſpergillo, & cum hoc Rituali libro, ſeu Miſſali.*

*Caveat, ne benedictionis cauſâ ponat aliquid indecens ſuper Altare, veluti eſculenta: ſed, quod ejuſmodi eſt, ponatur ſuper menſam, commodo loco paratam.*

## Ordo ad faciendam aquam benedictam.

*DIebus Dominicis, & quandocunque opus fuerit, præparato ſale, & aqua munda, benedicenda in*

*Eccleſia vel in Sacriſtia, Sacerdos cum ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus, primo dicit Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram.

*Deinde, abſolute incipit Exorciſmum Salis.*

EXorcizo te, creatura ſalis, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum; per Deum, qui te per Eliſæum Prophetam in aquam mitti juſſit, ut ſanaretur ſterilitas aquæ: ut efficiaris ſal exorcizatum, in ſalutem credentium; & ſis omnibus, ſumentibus te, ſanitas animæ & corporis; & effugiat atque diſcedat à loco, in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia & nequitia vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

Oremus.

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam ſalis, quam in uſum generis humani tribuiſti, benedicere ✠, & ſanctificare ✠, tua pietate digneris; ut ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis, &,

quic-

quicquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione ſpiritalis nequitiæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Exorciſmus aquæ: & dicatur ſine* Oremus.

EXorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis, & in nomine Ieſu ✠ Chriſti, Filii ejus, Domini noſtri, & in virtute Spiritus ✠ ſancti, ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare & explantare valeas cum Angelis ſuis apoſtaticis: per virtutem ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Oremus.

DEus, qui, ad ſalutem humani generis, maxima quæque ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti; adeſto propitius invocationibus noſtris, & elemento huic, multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis ✠ infunde, ut creatura tua, myſteriis tuis ſerviens, ad abigendos dæmones morboſque pellendos divinæ gratiæ ſumat effectum; ut, quicquid, in domibus vel in locis fidelium, hæc unda

reſper-

reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa; non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens; diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici; &, ſi quid eſt quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aſperſione hujus aquæ effugiat, ut ſalubritas, per invocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, *&c.*

*Hic mittat ſal in aquam, in modum Crucis, dicendo ſemel:* Commixtio ſalis & aquæ pariter fiat, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ ſancti. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, invictæ virtutis autor, & inſuperabilis imperii Rex, ac ſemper magnificus triumphator; qui adverſæ dominationis vires reprimis; qui inimici rugientis ſævitiam ſuperas; qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te, Domine, trementes & ſupplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam ſalis & aquæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ rore ſanctifices, ut, ubicunque fuerit aſperſa, per invocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio

immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi Serpentis procul pellatur, & præſentia ſancti Spiritus nobis, miſericordiam tuam poſcentibus, ubique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum *&c.* in unitate ejuſdem Spiritus ſancti *&c.*

*Poſt benedictionem aquæ, Sacerdos Dominicis diebus, antequam incipiat Miſſam, aſpergit Altare, deinde ſe, & miniſtros, ac populum; prout in Miſſali præſcribitur.*

*Poſtea Chriſti fideles poſſunt de ipſa aqua benedicta in vaſculis ſuis accipere, & ſecum deferre, ad aſpergendos ægros, domos, agros, vineas, & alia; & ad eam habendam in cubiculis ſuis, ut eâ quotidie & ſæpius aſpergi poſſint.*

## *Benedictio Candelarum extra diem Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, Fili Dei vivi; benedic ✠ candelas iſtas ſupplicationibus noſtris; infunde eis, Domine, per virtutem ſanctæ Crucis ✠, benedictionem cæleſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: talemque benedictionem ſignaculo ſanctæ Crucis ✠ accipiant, ut, quibuſcumque locis accenſæ ſive poſitæ fuerint,

diſcedant principes tenebrarum, & contremiſcant & fugiant pavidi, cum omnibus miniſtris ſuis, ab habitationibus illis, nec præſumant amplius inquietare aut moleſtare ſervientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Poſtea aſpergantur aquâ benedictâ.*

*Benedictio annuli Sponſalitii.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✠, Domine, annulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus ✠, ut, qui (quæ) eum geſtaverit, fidelitatem integram ſuo Sponſo (ſuæ Sponſæ) tenens, in pace & voluntate tua permaneat, atque in mutua charitate ſemper vivat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde Sacerdos aſpergat annulum aquâ benedictâ, in modum Crucis.*

*Quod ſi vero annuli utriuſque Sponſi ſimul benedicendi ſunt, Oratio ſeu Collecta dicitur numero plurali, hoc modo:*

BEnedic ✠, Domine, annulos iſtos, quos nos in tuo nomine benedicimus ✠, ut, eos geſtantes, fidelitatem integram ſibi invicem teneant, & in pace & voluntate tua permaneant, atque in mutua charitate ſemper vivant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Hic advertant Parochi, ne annulos, ſemel benedictos, denuo benedicant.*

## Benedictio vini, cereviſiæ, mulſi, aut potus cujuſque, in ſolemnitatibus Nuptiarum.

*Sacerdos, circumdatus ſtola, vino ante ſe poſito, & vaſe, in quo continetur, aperto, dicat Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Initium ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. *Reſp.* Gloria tibi, Domine.

*Pag.* 188. IN principio erat verbum, *&c. In fine, Reſp.* Deo gratias. *Poſtea Sacerdos dicit:*

Oremus.

PEr iſtos ſermones ſancti Euangelii, & per merita ſancti Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, quæſumus omnipotens Deus, be-

ne ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris hanc creaturam vini dexterâ tuâ; & præſta, ut omnes, in te credentes, & de iſto potu bibentes, à te protegantur & benedicantur: ſicut beatus Ioannes, de calice venenum bibens, non eſt læſus, ita iſti homines, in amore tuo & ſancti Ioannis de potu iſto bibentes, ab omni ægritudine corporis & animæ abſolvantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bonorum omnium dator & conſervator; qui inter reliquas creaturas tuas vinum, in hominum ſuſtentationem & lætitiam, ex fructu uvarum prodire juſſiſti; quique per unigenitum Filium tuum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, in nuptiis in Cana Galilææ, aquam in vinum mirabiliter permutaſti, & Sacramentum pretioſiſſimi Sanguinis ejuſdem Filii tui in vini materia ſanctificare feciſti: te ſupplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam vini benedicere ✠ ac ſanctificare ✠ digneris; ut famuli tui & famulæ, ex eo guſtantes, animæ & corporis recipiant ſoſpitatem, & te omnium gratiarum largitorem ſine fine col-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

laudent. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde dicat:*

BEnedictio Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat in hanc creaturam vini, (potus,) & maneat ſemper. Amen.

*Aſpergatur deinde aquâ benedictâ: poſtmodum porrigatur ſive diſtribuatur ad bibendum, primo quidem Sponſis, deinde aliis Chriſti fidelibus qui nuptiis interſunt.*

*In benedictione cereviſiæ, mulſi, alteriuſve potus, loco prioris dicat ſequentem Orationem:*

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus; qui feciſti cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt: rogamus te, in nomine Ieſu Chriſti, unigeniti Filii tui, ut ſanctificare ✠ & benedicere ✠ digneris cereviſiam iſtam, (potum iſtum:) ſicut benedixiſti ſex hydrias in Cana Galilææ, ita convertere digneris materiam iſtam potus, in ſuavitatem & hilaritatem lætitiæ ſpiritualis, ſervis tuis, qui in fide Catholica crediderunt. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat *&c.*

*Benedictio novi putei.*

*Verſ.* Deus in adjutorium *&c.*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEprecamur, Domine, clementiam pietatis tuæ, ut aquam putei hujus, cæleſti benedictione ✠ ſanctifices, &, ad communem vitam, concedas ſalubrem; & ita ex eo fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incurſum, ut, quicunque ex eo abhinc hauſerit biberitve, vel in quibuslibet neceſſariis uſibus hauſtâ aquâ uſus fuerit, totius virtutis ac ſanitatis dulcedine perfruatur; ut tibi ſemper ſanctificatori, omnium Domino, gratias agere mereatur. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Demum aſpergit puteum aquâ benedictâ.*

*Benedictio Tabernaculi pro conſervanda ſacra Euchariſtia.*

*Verſ.* Deus in adjutorium *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, majeſtatem tuam ſupplices deprecamur; ut vaſculum hoc, pro corpore Filii tui, Domini

noſtri Ieſu Chriſti, in eo condendo fabricatum, benedictionis tuæ gratia dicare digneris. Per eundem Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde aſpergit illud aquâ benedictâ.*

*Benedictio Vmbellæ Altaris.*

*Verſ.* Deus in adjutorium *&c.* *Reſp.* Domine ad adjuvandum *&c.* Gloria Patri *&c.*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moyſi præcepiſti, ut duos Cherubim ſuper Arcam Teſtamenti collocaret, quam extenſis ad alterutrum alis protegerent: quæſumus ineffabilem clementiam tuam, ut hoc tegumen venerandi Altaris tui, ad honorificentiam nominis tui compactum, placidus ac miſericors illuſtratione vultus tui bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *ut in Rubricis generalibus.*

*Benedictio Vaſculi aut Capſæ ſacrarum Reliquiarum.*

*Verſ.* Deus in adjutorium *&c.* *Reſp.* Domine ad adjuvandum. Gloria Patri *&c.*

*Verſ.* Do-

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

BEne ✠ dic, quæſumus, ſancte Pater, omnipotens æterne Deus, hoc conditorium ſanctorum pignorum, ad recondenda in eo tuorum munera Sanctorum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro: qui tecum vivit *&c.* *Reſp.* Amen.

*Benedictio Baptiſterii, ſeu lapidis fontium.*

*Verſ.* Deus in adjutorium, *&c.*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, Baptiſterium hoc ſalutis æternæ, cæleſti viſitationi dedicatum, Spiritus tui illuſtratione ſancti ✠ fica: ut, quotieſcunque, in fonte iſto lavandi, trina ablutione fuerint aſperſi, purgationem & omnium delictorum ſuorum indulgentiam conſequantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

MVltiplica, Domine, bene ✠ dictionem tuam, & Spiritus ſancti munere fidem noſtram corrobora; ut, qui in hæc fluenta deſcenderint, in libro vitæ aſcribi mereantur. Per

Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *ut in Rubricis generalibus.*

*Poſtea aſpergit Baptiſterium aquâ benedictâ.*

## Benedictio domus, à Dæmone vexatæ, aut tempore peſtis.

P*Arochus, domum benedicturus, primo patrem familias, cujus domus eſt, monebit ea, quæ de benedictione ædium alibi demonſtrata ſunt; tum ipſe, mane antequam benedictionem aggredietur, Miſſam celebrabit, in qua Orationem de Spiritu ſancto dicet: Miſſaque celebrata, ſuperpelliceo & ſtola violacea indutus, ad illius benedictionem procedet, adhibitis Clericis duobus, uno qui crucem, altero qui vaſculum aquæ benedictæ cum aſpergillo, feret, aliis item Sacerdotibus & Clericis, quos adhibere poteſt. Vbi ad domum venerit, in ejus primo veſtibulo vel ingreſſu dicit, ut infra.*

*Verſ.* Deus in adjutorium &c.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ſacerdotibus tuis, præ ceteris, tantam gratiam contuliſti, ut, quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab iis agitur, à te fieri cre-

datur : quæſumus immenſam clementiam tuam, ut, quod modò viſitaturi ſumus, viſites, &, quidquid benedicturi, bene ✠ dicas; & ad ea, quæ acturi ſumus, dexteram tuæ potentiæ extendas: ſintque ad noſtræ humilitatis ingreſſum & introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, depulſio peſtis, & Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde Sacerdos incipit Pſalmos Graduales, & proſequitur, cum Clero aut choro, quinque primos; aquam benedictam aſpergendo per loca domus.*

*Pſal.* 119. Ad Dominum, cum tribularer, clamavi, *&c.* Gloria Patri & Filio *&c.*

*Pſal.* 120. Levavi oculos meos in montes, *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Pſal.* 121. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi; *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Pſal.* 122. Ad te, Domine, levavi oculos meos, *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Pſal.* 123. Niſi quia Dominus erat in nobis, *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Quibus finitis, dicit Sacerdos, ſtans in ipſo limine aut veſtibulo domus,*

*Verſ.* Domine, exaudi orationem noſtram. *Reſp.* Et clamor noſter ad te perveniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmum tuam, Domine, clementer ingredere; & in tuorum tibi corda fidelium perpetuam conſtrue manſionem; & præſta, ut in hac domo, nulla malignorum ſpirituum dominetur nequitia, nec contagio peſtis. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde incipit ac dicit Pſalmos ſequentes; & procedit, aſpergendo iterum domus loca.*

*Pſal.* 124. Qui confidunt in Domino, *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Pſal.* 125. In convertendo Dominus captivitatem Sion: *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Pſal.* 126. Niſi Dominus ædificaverit domum, *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Pſal.* 127. Beati omnes, qui timent Dominum, *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Pſal.* 128. Sæpe expugnaverunt *&c.* Gloria Patri *&c.*

*Verſ.* Domine, exaudi orationem noſtram. *Reſp.* Et clamor noſter ad te perveniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis & totus operaris: adeſto ſupplicationi-

bus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus noſtris; & hujus domus ædificatæ ſis protector; ut nulla hic nequitia contrariæ poteſtatis obſiſtat, ſed, virtute Spiritus ſancti & operatione, fiat tibi hic purum ſervitium, & devota libertas exiſtat. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Poſt incipit Pſalmum*, De profundis, *& proſequitur ipſum, & alios ſequentes; & interim tertiò aſpergit domum aquâ benedictâ.*

*Pſal.* 129. De profundis clamavi ad te *&c.*

*Pſal.* 130. Domine, non eſt exaltatum cor *&c.*

*Pſal.* 131. Memento Domine David, *&c.*

*Pſal.* 132. Ecce quam bonum & quam *&c.*

*Pſal.* 133. Ecce nunc benedicite Dñm, *&c.*

*Quibus completis, Sacerdos, ſtans in limine aut veſtibulo domus, dicit:*

*Verſ.* Domine exaudi orationem noſtram. *Reſp.* Et clamor noſter ad te perveniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ADeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris; & hanc domum oculis tuæ pietatis illuſtra: deſcendat, ſuper habitantes in ea, gratiæ tuæ larga bene ✠ dictio: ut, in his manufactis habitaculis cum ſalubritate manentes, ipſi tuum ſemper ſint habitaculum. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde procedit ad primarium locum domus ; ubi ſequens Euangelium legitur :*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Verſ.* Lectio ſancti Euangelii ſecundam Lucam. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

Luc. 19. a. IN illo tempore : Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus : & hic princeps erat publicanorum, & ipſe dives : & quærebat videre Ieſum, quis eſſet : & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum ut videret eum : quia inde erat tranſiturus. Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus vidit illum, & dixit ad eum : Zachæe, feſtinans deſcende ; quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertiſſet. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum : Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus : &, ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum : Quia hodie ſalus domui huic facta eſt : eò quod & ipſe filius ſit Abrahæ. Venit enim Filius hominis quærere, & ſalvum facere, quod perierat.

*Deinde benedicit incenſum, in hunc modum:*

PEr interceſſionem S. Michaëlis Archangeli, ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium ſanctorum Angelorum, incenſum iſtud digneris, Domine, bene ✠ dicere, & in odorem ſuavitatis accipere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Poſtea idem Sacerdos ponit incenſum in thuribulo, & incenſat loca domus, dicendo:*

Incenſum iſtud, à te benedictum, aſcendat ad te, Domine; & deſcendat ſuper nos miſecordia tua.

*Finita incenſatione, reverſus in eundem primarium locum, dicit:*

*Verſ.* Domine, exaudi orationem noſtram. *Reſp.* Et clamor noſter ad te perveniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

VIſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam; & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle: & Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant: & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* Dominus vobiſcum *&c. ut in Rubricis generalibus.*

*Poſtremo, Sacerdos benedicit domum & habitantes in ea, dicendo:*

ET benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper hanc domum & omnes habitantes in ea, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen.

## Benedictio Domorum, in Sabbatho ſancto Paſchæ, ad libitum facienda.

P*Arochus, ſeu alius Sacerdos, ſuperpelliceo & ſtolâ albâ indutus, cum miniſtro, deferente vas aquæ, ex benedictione Fontium ante perfuſionem Chriſmatis acceptæ, viſitat domos ſuæ parochiæ, aſpergens eas eâdem aquâ benedictâ. Ingrediens domum, dicit:* Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

*Deinde, aſpergens loca præcipua domus, & eos qui habitant in ea, dicit Antiphonam:* Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluja: & omnes, ad quos pervenit aqua iſta, ſalvi facti ſunt, alleluja, alleluja. *Pſal.* Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat *&c. & repetitur Antiphon.* Vidi aquam *&c. Deinde dicit Verſ.* Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam, alleluja. *Reſp.* Et ſalutare tuum da nobis, alleluja. *Verſ.* Domine, exaudi oratio-

nem

nem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

EXaudi nos, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus; &, ſicut domos Hebræorum, in exitu de Ægypto, agni ſanguine linitas (quod Paſcha noſtrum, in quo immolatus eſt Chriſtus, figurabat,) ab Angelo percutiente cuſtodiſti; ita mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet atque defendat omnes, habitantes in hoc habitaculo. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

## Alia benedictio domorum, alio tempore facienda, cum aſperſione aquæ benedictæ.

P*Arochus, ſeu alii Sacerdotes, volentes aliquam particularem domum, vel generaliter domos fidelium, alio tempore infra annum aſpergere aquâ benedictâ; ingredientes domum, dicant:* Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea. *Deinde, loca aſpergendo, dicant Antiphon.* Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. *Pſal.* 50. Pag. 150.
Miſerere mei Deus, ſecundum magnam

miſericordiam tuam. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat *&c.* *& repetitur Antiph.* Aſperges me Domine, *&c.* *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus; & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cælis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes, habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Deinde aſpergat aquâ benedictâ.*

*Benedictio Loci.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✠, Domine Deus omnipotens, locum iſtum, (domum iſtam,) ut ſit in eo (ea) ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, manſuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spi-

ritui

ritui ſancto ; & hæc benedictio maneat ſuper hunc locum , & ſuper habitantes in eo , nunc & ſemper. *Reſp.* Amen. *Et aſpergat aquâ benedictâ.*

*Alia benedictio domus novæ.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TE Deum Patrem omnipotentem ſuppliciter exoramus pro hac domo , & habitatoribus ejus ac rebus ; ut eam benedicere ✠ & ſanctificare ✠,ac bonis omnibus ampliare digneris : tribue eis, Domine, de rore cæli abundantiam , & , de pinguedine terræ, vitæ ſubſtantiam; & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum ergo noſtrum, benedicere ✠ & ſanctificare ✠ digneris hanc domum , ſicut benedicere dignatus es domum Abraham,Iſaac & Iacob : &, intra parietes domus iſtius, Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & ejus habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.*Amen. *Deinde aſpergat aquâ benedictâ.*

*Benedictio Thalami.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✠, Domine, thalamum hunc, ut omnes, habitantes in eo, in tua pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & ſeneſcant, multiplicentur in longitudine dierum, & ad regna cælorum perveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde aſpergatur Thalamus aquâ benedictâ.*

*Benedictio novæ Navis.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRopitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & benedic ✠ navem iſtam dexterâ tuâ ſanctâ, & omnes qui in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere arcam Noë, ambulantem in diluvio: porrige eis, Domine, dexteram tuam, ſicut porrexiſti beato Petro, ambulanti ſupra mare: & mitte ſanctum Angelum tuum de cælis, qui liberet & cuſtodiat eam ſemper à periculis univerſis, cum omni-

bus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus quæ in ea erunt: & famulos tuos, repulſis adverſitatibus, portu ſemper optabili curſuque tranquillo tuearis, tranſactiſque ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris. Qui vivis & regnas *&c. Deinde aſpergat navem aquâ benedictâ.*

*Benedictio Terræ ſeminatæ.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini, *&c.*

Oremus.

BEnedicat nos Deus, Deus noſter, & terræ noſtræ ubertatem concedat; in centuplum amplificet fructus ejus, ut viventes in exultatione manipulos noſtros colligamus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. *Reſp.* Amen. *Deinde aſperget aquâ benedictâ.*

*Benedictio communis ſuper Fruges & Vineas.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

## Oremus.

ORamus pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ tuæ, quas aëris & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, bene ✠ dictionis tuæ imbre perfundas; & fructus terræ tuæ uſque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo, de tuis muneribus tibi ſemper gratias agere, ut, à fertilitate terræ, eſurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Aſpergat illas aquâ benedictâ.*

## Benedictio Peregrinorum, ad loca ſancta prodeuntium.

*PEregrini, ad loca ſancta profecturi, antequam diſcedant, juxta veteris Eccleſiæ inſtitutum, deberent accipere patentes ſeu commendatitias litteras à ſuo Ordinario, ſeu Parocho. Quibus obtentis, & rebus ſuis diſpoſitis, factâ peccatorum ſuorum confeſſione, & auditâ Miſſâ, in qua dicitur Oratio pro peregrinantibus, ſanctiſſimam Euchariſtiam devote ſuſcipiunt. Expletâ Miſſâ, Sacerdos ſuper eos, genuflexos, dicit ſequentes preces:*

*Antiph.* In viam pacis. Benedictus Dominus Deus Iſraël, *&c. ut ſupra. In fine,* Gloria Pag. 295.

Patri.

Patri. *Repetitur Antiph.* In viam pacis & proſperitatis dirigat vos omnipotens & miſericors Dominus; & Angelus Raphaël comitetur vobiſcum in via, ut cum pace, ſalute, & gaudio revertamini ad propria. Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter, *&c.* *Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Salvos fac ſervos tuos. *Reſp.* Deus meus, ſperantes in te. *Verſ.* Mitte eis, Domine, auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eos. *Verſ.* Eſto eis, Domine, turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in eis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. *Verſ.* Benedictus Dominus die quotidie. *Reſp.* Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum. *Verſ.* Vias tuas, Domine, demonſtra nobis. *Reſp.* Et ſemitas tuas edoce nos. *Verſ.* Vtinam dirigantur viæ noſtræ. *Reſp.* Ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. *Verſ.* Erunt prava in directa. *Reſp.* Et aſpera in vias planas. *Verſ.* Angelis ſuis Deus mandavit de te. *Reſp.* Vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus, qui filios Iſraël per maris medium ſicco veſtigio ire feciſti, quique tribus Magis iter ad te, ſtellâ duce, pandiſti; tribue eis, quæſumus, iter proſperum, tempuſque tranquillum; ut, Angelo tuo ſancto comite, ad eum quo pergunt locum, ac demum ad æternæ ſalutis portum, feliciter valeant pervenire.

DEus, qui Abraham puerum tuum, de Vr Chaldæorum eductum, per omnes ſuæ peregrinationis vias illæſum cuſtodiſti: quæſumus, ut hos famulos tuos cuſtodire digneris: eſto eis, Domine, in procinctu ſuffragium, in via ſolatium, in æſtu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in laſſitudine vehiculum, in adverſitate præſidium, in lubrico baculus, in naufragio portus: ut, te duce, quo tendunt, proſpere perveniant, & demum incolumes ad propria revertantur.

ADeſto, quæſumus Domine, ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone; ut, inter omnes viæ & vitæ hujus varietates, tuo ſemper protegantur auxilio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus, ut familia tua per viam ſalutis incedat, &,

beati

beati Ioannis præcurſoris hortamenta ſectando, ad eum, quem prædixit, ſecura perveniat, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

EXaudi, Domine, preces noſtras, & iter famulorum tuorum propitius comitare, atque miſericordiam tuam, ſicut ubique es, ita ubique largire; quatenus à cunctis adverſitatibus tua opitulatione defenſi, gratiarum tibi referant actionem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. Pax & benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.

*Deinde aſpergantur aquâ benedictâ.*

*Quod ſi unus fuerit peregrinaturus, omnia dicuntur in numero ſingulari; ac, ſi Sacerdos ipſe, qui benedicit, fuerit ſocius peregrinationis, dicat in perſona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.*

*Benedictio Peregrinorum poſt reditum.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Antiphona:* Ecce, ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.

*Pſalmus* 127.

*Pag.* 326. BEati omnes qui timent Dominum, *&c. ut ſupra. Antiphona.* Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter, *&c. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* Benedicti, qui veniunt in nomine Domini. *Reſp.* Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Reſpice, Domine, in ſervos tuos, & in opera tua. *Reſp.* Et dirige eos in viam mandatorum tuorum. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

LArgire, quæſumus Domine, famulis tuis indulgentiam placatus & pacem, ut pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſerviant.

Omnipotens ſempiterne Deus, noſtrorum temporum vitæque diſpoſitor, famulis tuis continuæ tranquillitatis largire ſubſidium, ut, quos incolumes propriis laboribus reddidiſti, tua facias protectione ſecuros.

Deus, humilium viſitator, qui nos fraterna dilectione conſolaris; prætende ſocietati

noſtræ

noſtræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum nobis ſentiamus adventum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c. Deinde aſpergantur aquâ benedictâ à Sacerdote, dicente:* Pax, & benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.

## Benedictiones eſculentorum, præſertim in Paſcha.

### *Benedictio Agni Paſchalis.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui per famulum tuum Moyſen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi juſſiſti, in ſimilitudinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & utroſque poſtes domorum de ſanguine ejuſdem Agni perungi præcepiſti: ita benedicere ✠ & ſanctificare ✠ digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam ſumere deſideramus, per reſurrectionem

ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui tecum vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Ex mox aſpergat aquâ benedictâ.*

*Benedictio Ovorum.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SVbveniat, quæſumus Domine, tuæ benedictionis ✠ gratia huic ovorum creaturæ, ut cibus ſalubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione ſumentibus, ob Reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tecum vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Aſpergat aquâ benedictâ.*

*Benedictio Panis.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, benedicere ✠ dignare panem iſtum, ſicut benedixiſti quin-

que panes in deſerto, ut omnes, ex eo guſtantes, inde corporis & animæ percipiant ſanitatem. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Et aſpergat aquâ benedictâ.*

### *Alia Benedictio Panis.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere ✠ digneris hunc panem tua ſancta ſpirituali benedictione: ut ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis, atque contra omnes morbos & univerſas inimicorum inſidias tutamen. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, panem vivum, qui de cælo deſcendit, & dat vitam & ſalutem mundo, & tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Aſpergat aquâ benedictâ.*

### *Benedictio novorum Fructuum.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine hos novos fructus N. & præſta, ut, qui ex eis in tuo ſancto nomine veſcentur, corporis & animæ ſalute potiantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Et aſpergat aquâ benedictâ.*

*Benedictio ad quodcunque comeſtibile.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine creaturam iſtam N. ut ſit remedium ſalutare generi humano: & præſta per invocationem ſancti nominis tui, ut quicunque ex ea ſumpſerint, corporis ſanitatem & animæ tutelam percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Aſpergat id aquâ benedictâ.*

*Benedictio Olei ſimplicis.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram.

*Exorciſmus.*

EXorcizo te, creatura olei, per Deum Patrem ✠ omnipotentē, qui fecit cælum &

terram,

terram, mare,& omnia quæ in eis ſunt. Omnis virtus adverſarii, omnis exercitus diaboli, & omnis incurſus, omne phantaſma ſatanæ, eradicare & effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo uſuri ſunt, ſalus mentis & corporis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & Ieſu ✠ Chriſti Filii ejus, Domini noſtri,& Spiritus ſancti ✠ paracliti, & in charitate ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

## Oremus.

DOmine Deus omnipotens, cui aſtat exercitus Angelorum cum tremore, quorum ſervitium ſpirituale cognoſcitur: dignare reſpicere, & benedicere ✠, & ſanctificare ✠, hanc creaturam olei, quam ex olivarum ſucco eduxiſti, & ex eo infirmos inungi mandaſti, quatenus, ſanitate percepta, tibi Deo vivo & vero gratias agerent: præſta quæſumus, ut hi, qui hoc oleò, quod in tuo nomine benedicimus ✠, uſi fuerint, ab omni languore, omnique

infirmitate, atque cunctis inſidiis inimici, liberentur, & cunctæ adverſitates ſeparentur à plaſmate tuo, quod pretioſo Sanguine Filii tui redemiſti: ut numquam lædatur à morſu Serpentis antiqui. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.*

*Aſpergat Oleum aquâ benedictâ.*

## Benedictiones, Cærimoniæ & Ritus, certis & ſtatutis Anni temporibus, ex antiqua conſuetudine, obſervandi.

### *Thurificatio Domorum in Vigilia Nativitatis, Profeſto Circumciſionis, & Vigilia Epiphaniæ Domini.*

*Poſt Veſperas, Sacerdos, habens ſecum miniſtros, portantes naviculam cum thure & vas cum aquâ benedictâ, ſumptis ſuperpelliceo & ſtolâ albi coloris, ponit incenſum in thuribulum, benedicens illud, more juxta Miſſale conſueto: & circumeundo lente ac graviter potiora & magis præcipua domus loca & cubicula, thurificat ea, & aquâ benedictâ aſpergit, dicens diſtincte, quæ infra ponuntur. Quod ſi duo aderunt Sacerdotes, unus incenſabit, alter aſperget, ſequentia alternis verſibus recitando.*

### *In Vigilia Nativitatis Domini.*

*Antiphona.* Hodie ſcietis, quia veniet Dominus; & mane videbitis gloriam ejus.

*Pſalm.*

*Pſalm.* 50. Miſerere mei Deus, *&c. ut ſupra. &* *Canticum* Magnificat, *&c. ut ſupra. In fine utriuſque*, Gloria Patri, *&c. Quibus Pſalmis finitis, repetitur Antiphona:* Hodie ſcietis, *&c. Deinde ſubjungitur Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Pag. 150. Pag. 245.

Oremus.

DEus, qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quæſumus, ut, cujus lucis myſteria in terris cognovimus, ejus quoque gaudiis in cælo perfruamur. Per eundem Dominum noſtrum *&c. Verſ.* Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. *Reſp.* Amen.

*In Profeſto Circumciſionis Domini.*

*Antiph.* Ecce, Maria genuit nobis Salvatorem; quem Ioannes videns, exclamavit, dicens: Ecce, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluja. *Pſalm.* Miſerere mei Deus, *&c. cum Cantic.* Magnificat *&c. ut ſupra. Quibus finitis, repetitur Antiph.* Ecce, Maria *&c. & ſubjungitur Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi

præmia præſtitiſti, tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus autorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, *&c.* *Verſ.* Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. *Reſp.* Amen.

*In Vigilia Epiphaniæ Domini.*

*Antiph.* Apertis theſauris ſuis, obtulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrrham, alleluja. *Pſalm.* Miſerere, *&c.* Magnificat, *&c. ut ſupra.* *Repetitur deinde Antiphona:* Apertis theſauris, *&c. & dicitur Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Pag.* 150. & 245.

Oremus.

DEus, qui hodierna die Vnigenitum tuum Gentibus, ſtella duce, revelaſti: concede propitius, ut, qui jam te ex fide cognovimus, uſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. *Reſp.* Amen.

*Bene-*

## *Benedictio ſalis & aquæ major, ex antiquo Eccleſiarum Parochialium ritu fieri ſolita in die feſto ſancti Stephani Protomartyris.*

*IN feſto S. Stephani Protomartyris, mane horâ competenti, præparatis, in cornu Epiſtolæ, ſale & aquâ benedicendis, Sacerdos, indutus albâ vel ſuperpelliceo, item ſtola & pluviali violaceo, factâ Altari reverentiâ, genuflectit ante medium Altaris, & dicit ſequentes Litanias, quæ aliàs dicuntur in Sabbato ſancto.*

KYrie eleïſon.
Chriſte eleïſon.
Kyrie eleïſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora pro nobis.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, Orate pro nobis.

Omnes ſancti beatorum Spirituum ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptiſta, ora pro nobis.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Silveſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes & Levitæ, orate.

Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis Domine.
Propitius eſto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Libera.
A morte perpetua, Libera.
Per myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ, Libera nos Domine.
Per Adventum tuum, Libera.
Per Nativitatem tuam, Libera.
Per Baptiſmum & ſanctum jejunium tuum, Libera.
Per Crucem & Paſſionem tuam, Libera nos Domine.
Per Mortem & ſepulturam tuam, Libera nos Domine.
Per ſanctam Reſurrectionem tuam, Libera nos Domine.

Per admirabilem Aſcenſionem tuam, Libera nos Domine.

Per adventum Spiritus S. Paracliti, Libera nos Domine.

In die Iudicii, Libera.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut nobis parcas, Te rogamus.

Ut nobis indulgeas, Te rogamus.

Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, Te rogamus.

Ut Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſervare digneris, Te rogamus.

Ut Domnum Apoſtolicum & omnes Eccleſiaſticos Ordines in ſancta Religione conſervare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, Te rogamus.

Ut Regibus & Principibus Chriſtianis pacem & veram concordiam donare digneris, Te rogamus.

Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare & conſervare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, Te rogamus.

Ut fructus terræ dare & conſervare digneris,

ris, Te rogamus.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus.

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus.

Fili Dei, Te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

*Finitis Litaniis, Sacerdos accedit ad cornu Epiſtolæ Altaris; ubi abſolute incipit:*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Deinde ſtatim incipit Exorciſmum Salis.*

### *Exorciſmus Salis.*

EXorcizo te, creatura ſalis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & in charitate Domini noſtri IESV ✠ Chriſti, & in virtute Spiritus ✠ ſancti. Exorcizo te per DEVM ✠ vivum, per DEVM ✠ verum, per DEVM ✠ ſanctum, qui ad tutelam humani generis te procreavit, & populo, venienti ad credulitatem, per ſervos ſuos

conſe-

conſecrari præcepit. Proinde rogamus te, Domine, Deus noſter, ut hæc creatura ſalis, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, efficiatur ſalutare ſacramentum, ad effugandum inimicum: quam tu ſanctificando ſancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas: fiatque omnibus ſumentibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum: in nomine ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen. *Deinde ſubjungit Exorciſmum aquæ.*

EXorcizo te, creatura aquæ, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per Deum totius ſæculi creatorem: ut mundam te exhibeas contra omnem morbum & inſidias inimici; ut, ubicunque fueris aſperſa, ſit, Deo propitio, defenſa domus ipſa; &, ſicut defenſæ fuerunt domus Hebræorum per ſignum ſanguinis, ſic defendantur, Domine, domus famulorum famularumque tuarum. In ipſius nomine exorcizo te, qui verbo ſuo fontes emanare præcepit. In ipſius nomine te exorcizo, quem Ioannes baptizavit in te; ut te mundam, & aptam ad benedicendum, exhibeas; ut & omnis ſpiritus erroris, & omnes phantaſiæ dæmonum,

per

per tuam aſperſionem effugentur & ſeparentur. Per eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te ſuppliciter deprecamur, ut opem nobis mittere digneris: & Sacerdotali officio da virtutem, ad hanc creaturam ſalis & aquæ benedicendam; quam tu, Domine, de ſummo majeſtatis tuæ throno reſpicere, & per manus potentiæ tuæ benedicere dignare; ut, quiſquis ex ea guſtaverit, nunquam moriatur, ſed in æternum te ſapiat, de te roboretur, de te ſanitatem recipiat, atque ad æterna dona per tuam gratiam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Et ſtatim, in peculiari vaſe, mittat ſal in aquam, in modum Crucis, dicendo:* Hæc commixtio ſalis & aquæ, per virtutem individuæ Trinitatis, & ſignum ſanctæ Cru ✠ cis, ſalutifera efficiatur, ad ſanitatem animæ & corporis.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui aquæ vividæ creaturam, nobis à te conditam, mirabiliter diſtinxiſti, ut liquorem ſim-

plicem ad lavacrum, ſalſam ſoliditatem præberes ad condimentum; quatenus & ſordida poſſent ablui, & fatua imbui; quo & noxia tollerentur, & originalis error corrigeretur ad viam ſalutis: te officii noſtri functione (quamvis immeriti) deprecamur, ut hæc ſalis & aquæ in tuo nomine facta permixtio, clementiæ tuæ dono, ſancti ✠ ficetur; nec ullo contagio reddatur immundum, quod tua fieri credimus majeſtate beatum; ſed ita per te plenum præbeat ſanctificationis effectum, ut, ubicunque, invocato tuo nomine, manu fuerit emiſſa, vel quolibet modo aſſumpta, exploſis omnibus expulſiſque inſidiis contrariæ poteſtatis, non ſolum diabolica machinamenta, ex eodem loco fugata, deficiant, ſed etiam ſanctorum Angelorum cuſtodia ſemper inibi manſura conſiſtat. Te præſtante Deo, qui cum unigenito Filio tuo, & Spiritu ſancto, vivis & regnas. *Mox dicit voce mediocri, extenſis manibus ante pectus, Præfationem ſequentem: Verſ.* Per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Verſ.* Surſum corda. *Reſp.* Habemus ad Dominum. *Verſ.* Gratias agamus Domino Deo noſtro. *Reſp.* Dignum & juſtum eſt.

VEre dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere; Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus; cui, ſuper Cherubim & Seraphim ſublimi throno ſedenti, omnis profunditas abyſſi & maris, terræque latitudo, perſpicua eſt: Deus, cujus æternis legibus omnis creatura concluditur: Deus, cujus voluntati quicquid reſiſtit, infirmum eſt, & quicquid ſevit inimicus & immundus ſpiritus, tuis ſermonibus ſanctis evictum eſt: Deus, qui malignorum ſpirituum deſtruis vires, & adverſantia eorum tentamenta per famulos tuos potenter extinguis: Te, Domine, ſupplices exoramus, ut ad defenſionem noſtram placatus aſpicias, & hujus ſalis & aquæ creaturam gratia tuæ benedictionis ſancti ✠ fices, & neceſſariis purificationibus facias efficacem: ut, quicquid fuerit liquore ejus aſperſum, ab omni immunditia ſpirituum immundorum vacuum fiat & liberum; nihil ibi peſtilentia morbidum, nihil ullo terrore inquietum: omne illic dæmonium, omnis adverſaria poteſtas, per hujus ſalis & aquæ aſperſionem, deprecatione tuæ invocationis, procul pellatur; nec ullas ibi diaboli miniſtrorumque ejus inſi-

dias nocere vel latere permittas, ubi de tuo auxilio præſumitur, & virtus tui nominis invocatur. *Quod ſequitur, dicit plane legendo, ita tamen ut à circumſtantibus audiri poſſit.* Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

SAncte Domine, creator omnium creaturarum, & totius naturæ artifex, & unus magiſter gignentium, origo nationum, utilitaſque virtutum; cujus prudentia in hac quoque natura liquentes aquas cæleſti igne ſolidavit, ut hæc creatura, humanis uſibus admixta condiret, & in longiorem uſum incorrupta ſervaret: da ei, Domine, exorantibus nobis, eam ex tua benedictione ſubſtantiam, ut, cujuſcunque viſcera penetraverit, effugiat ex his atque expellat, quicquid erroris, confuſionis, malignitatis ac fraudis, diabolicæ tentationis malignitas infuderit; omni hoſtis noſtri infeſtatione depulſa; ut in homine, tantum quod à te factum eſt, relinquatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Deinde dicitur:* Benedictio Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper hanc creaturam ſalis & aquæ, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen. *Denique ex aqua, in peculiari vaſe ſale permixta, fiat aſperſio ſalis & hominum circumſtantium.*

## Benedictio Vini in die ſancti Ioannis Euangeliſtæ.

SAcerdos, *ſuperpelliceo ſeu alba, & ſtola, indutus, ſtans in cornu Epiſtolæ, vino, extra dictum cornu, juxta ſe in menſa poſito, & vaſis, quibus continetur, apertis, dicat Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Verſ.* Initium ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, *&c. ut ſupra. In fine, Reſp.* Deo gratias. Pag. 188.

*Pſalmus* 22.

DOminus regit me, *&c. ut ſupra. In fine,* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, *&c.* Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon. Kyrie eleïſon. Pater noſter, *&c. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos Pag. 266.

 à malo.

à malo. *Verſ.* Salvos fac fideles tuos. *Reſp.* Deus meus, ſperantes in te. *Verſ.* Eſto nobis Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. *Reſp.* Beatus vir qui ſperat in eo. *Verſ.* Et ſi mortiferum quid biberint. *Reſp.* Non eis nocebit. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, cujus imperio cæli firmati ſunt, cui omnis creatura deſervit, & omnis poteſtas ſubjecta eſt, & metuit & expaveſcit: nos te in auxilium noſtrum invocamus, cujus audito nomine ſerpens conquieſcit, draco fugit, vipera ſilet, & ſubdola illa quæ dicitur rana, inquieta, torpeſcit, ſcorpio extinguitur, regulus vincitur, ſqualangus nihil noxium operatur, & omnia venenata & adhuc fortiora animalia noxia terrentur. Tu, Domine, extingue omnes diabolicas fraudes & omnes humano generi adverſantes nequitias, & hunc liquorem vini, per interceſſionem ſancti Ioannis Euangeliſtæ, tua virtute bene ✠ dicito; & omnes ex eo gu-

ſtantes, meritis & precibus ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ & omnium Sanctorum tuorum intervenientibus, ab omni malo cuſtodias, & ad regnum gloriæ tuæ perducas. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.*

Oremus.

DEus, qui mirabili potentia vinum producis ex vite, ut inde exhilaretur cor hominis; qui mirabili potentia in Cana Galilææ, ad potandum, nuptiali populo, aquam convertiſti in vinum, quique mirabiliſſima potentia, per manus Sacerdotum, elementum vini quotidie in ſacratiſſimum tuum transformas Sanguinem: Deus, cujus poteſtate Ioannes Euangeliſta venenoſi potus digeſſit toxicum, bene ✠ dicere dignare hanc creaturam vini, ut omnes ex eo guſtantes, expulſo toto genere nocivo, infuſo tuæ bene ✠ dictionis myſterio, in anima & corpore mereantur miſericorditer exhilarari. Per Dominum noſtrum *&c.*

Oremus.

BEati Ioannis Euangeliſtæ, quæſumus Domine, ſupplicatione placatus, & veniam nobis tribue & remedia æterna concede.

cede. Per Dominum noſtrum, *&c.* Et benedictio Dei Pa ✠ tris omnipotentis, & Fi- ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper hunc liquorem Vini, & maneat ſemper. *Reſp.* Amen. *Deinde aſpergit Vinum aquâ benedictâ.*

## In die Aſſumptionis B. Mariæ Virginis ſuper herbas benedictio.

*Primo dicat Sacerdos*, Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, qui ab initio feciſti hominem ad imaginem tuam, & condidiſti cælum & terram, ſolem & lunam, ſtellas, & omnia cæleſtia & terreſtria; qui dominaris poteſtati maris; qui habes poteſtatem Abyſſi magnæ; qui condidiſti omnia elementa: tu bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris has creaturas herbarum, ſicut benedixiſti quinq; panes in deſerto & duos piſces, & ſatiaſti quinque millia hominum: omneſque, qui utentur ex eis, benedi- ✠ cere & ſancti ✠ ficare dignare, ut in eis ſit ſanitas animæ & corporis: in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii & Spiritus ✠ ſancti: & ab omnibus

bus hominibus pecoribuſque, qui ex hoc guſtaverint, omnem putredinem, & omne phantaſma Diaboli, & omnem morbum ac dolorem, expellere digneris: qui in Trinitate perfecta vivis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

SVppliciter, ſancte Pater, & obnixis precibus tuam deprecamur clementiam, qui mirabiliter ex nihilo cuncta creaſti, quique terram diverſa proferre germina præcepiſti, & varia medicamentorum genera, ad ſananda generis humani corpora, herbis indidiſti: benedi ✠ cere & ſancti ✠ ficare has diverſi generis herbas tua pietate digneris; ut, quicunque ex eis in hac ſolemnitate beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, Dei genitricis, ſumpturi ſunt, tam animæ quam corporis deſiderabilem percipiant ſanitatem; &, eâdem intercedente, ſic earum uſu jucundentur ſalubriter, quatenus, in tuorum odore unguentorum, Paradiſi januas adire mereantur: præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui tecum vivit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

DEus, qui, univerſis herbarum generibus, humanis neceſſitatibus præſtitiſti reme-

dia; hanc herbarum collectionem, tuæ miſerationis bene ✠ dic dexterâ; ut, quiſquis, languore depreſſus, ex eis aliquid guſtaverit, Eccleſiæ tuæ ſanctæ repræſentatus, optatæ munus ſalutis, te donante, percipiat. Per Dominum noſtrum *&c.* *Reſp.* Amen.

*Reſponſorium.*

VIdi ſpecioſam, ſicut columbam, deſcendentem deſuper rivos aquarum; cujus inæſtimabilis odor erat nimis in veſtimentis ejus. Et, ſicut dies verni, circumdabant eam flores roſarum & lilia convallium. *Verſ.* Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris. Et, ſicut dies verni, *&c.*

*Verſ.* Ora pro nobis ſancta Dei Genitrix. *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. Dominus vobiſcum, *&c.*

Oremus.

VEneranda nobis, Domine, hujus diei feſtivitas opem conferat ſempiternam, quâ ſancta Dei Genitrix mortem ſubiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit; quæ Filium tuum, Dominum noſtrum, de ſe genuit incarnatum: qui tecum vivit & regnat in unitate *&c.* *Reſp.* Amen.

*Deinde aſpergantur herbæ aquâ benedictâ, & thurificentur.*

### *Benedictio Herbarum, quocunque tempore.*

DEſcendat benedi ✠ ctio Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſuper hanc creaturam herbarum; ut, quicunque ex eis ſumpſerint, corporis & animæ ſalute potiantur. Per Dominum noſtrum *&c. Reſp.* Amen.

### *Benedictio quorumcunque fructuum.*

DEus, qui hos terræ fructus tua juſſione & providentia progigni voluiſti; nunc etiam eoſdem bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris; ut, quicunque ex eis in tuo ſancto nomine guſtaverint, incolumes eſſe valeant. Per Dominum noſtrum *&c. Reſp.* Amen.

*Oratio, dicenda, quando ex herbis, aquâ & ſale, benedictis, medicinæ loco aliquid porrigitur infirmo.*

Oremus.

DEus, qui inviſibiliter omnia contines, & tamen pro ſalute humani generis ſigna

tuæ potentiæ viſibiliter oſtendis; qui es ſine initio & ſine fine; qui terram formaſti ſuper aquas: in nomine Redemptoris noſtri, qui formam ſervi ſuſcepit, &, in ſpecie vulnerati, medicus inter homines ambulavit, ut nos ab errore converteret, & languores noſtros ſanaret; præſta, ſancte Pater omnipotens, ſupplicibus tuis, ut hæc medicamenta, ex diverſis olerum generibus in unum congregata, cum ſale & aqua benedicta, guſtantibus, beato Petro intercedente, deſideratam conferant ſanitatem; ad laudem & gloriam ſancti nominis tui, qui in Trinitate perenni vivis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

*In ſumptione Antidoti.*

Oremus.

DEus, infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, qui, benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis: ad invocationem nominis tui benignus aſſiſte, ut per hoc medicamentum omnis de meo corpore pellatur humor peſtifer; quatenus, clareſcentibus meis ſenſibus, in tuo ſervitio valeam mundus perſiſtere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

# AD PAROCHVM MONITIO.

*POtuiſſemus quidem, in tuum commodum, hic inſerere Benedictiones, Candelarum in Purificationis feſto, Cinerum; Palmarum, novi ignis, Cerei Paſchalis, fontis ſacri in Sabbato ſancto, &c. ſuis certis & ſtatutis temporibus faciendas; ſed, ne, cum mole libri, etiam ſumptus creſcerent, eas conſulto omittendas, & te ad Miſſale Romanum, ubi prædictæ Benedictiones accurate habentur, tranſmittendum eſſe duximus.*

# O R D O,

## SERVANDVS FERIA QVINTA, SEXTA, ET SABBATO, MAIORIS HEBDOMADÆ.

*QVoad tria Matutina tenebrarum, quæ pridie poſt tempus Veſpertinum ſolent haberi, & reliquas Horas Canonicas, ſervetur præſcriptum Breviarii Romani, ſine ulla additione, immutatione, atque demptione.*

*Pueri, ſeu alii, fragoris tantum faciendi gratiâ adventantes; ad Eccleſiam (nedum ad Chorum) minime admittantur, immo, ſi ſint, inde expellantur.*

*Quæ vero circa Miſſæ ſacrificium, reponendum Venerabile Sacramentum, denudanda Altaria, adorationem Crucis, benedictionem Ignis novi, Cerei Paſchalis, Fontis Baptiſmalis, & reliquum Officium antemeridianum, hoc triduo agenda ſunt: advertat Sacerdos, ut ea omnia accurate peragat, juxta præſcriptum quod ſequitur, nec non Miſſalis Romani; nihil omnino demendo, nihil immutan-*

*mutando, nihil addendo. Quocirca meminerit, Feria Quinta hujus majoris Hebdomadæ, non duas tantum ſed tres conſecrare Hoſtias; unam tunc ſumere; ſecundam pro Oſtenſorio, quod vulgo Monſtrantia dicitur; tertiam vero, in Calice vel alio vaſe mundo, in craſtinum ſervare: prout hic locorum moris eſt.*

*Retinendus etiam ſolemnis Eccleſiæ mos eſt, ut, cantato Hymno,* Gloria in excelſis *&c. ad Miſſam Feriæ Quintæ non pulſentur campanæ, donec cantetur iterum dictus Hymnus in Sabbato ſancto; adhibitis interim crepitaculis, ſeu ligneo malleo. Deinceps autem per totum Sabbatum ſunt pulſandæ campanæ, non obſtante quod Corpus Domini adhuc ſit in ſepulchro.*

*Vbi in pluribus Eccleſiis ſit Officium, non debent pulſari campanæ, antequam auditæ ſint in Eccleſia principaliori loci.*

*Quandoquidem præfatâ Feriâ Quintâ ſacrum Chriſma cum aliis Oleis ab Epiſcopo ſolemniter conſecratur, ex quibus deinde ad ſingulas Parochias aliquid transferendum eſt; meminerit Parochus, ut virum fidum & probatum ad hæc ſacra Olea petenda, recipienda, & tranſportanda, tempeſtive mittat ad Eccleſiam Cathedralem, ſi diſtantia loci id patiatur; ſin minus, ad eum locum unde hactenus novum Chriſma peti ſolebat.*

*Præterea purget pyxides, eaſque nitidiſſime ſervet, quibus ſacra Olea infunduntur, ut ne quid fœdi & irreverentiæ circa ea committatur: unde ſæpe, ad eum locum inviſendum in quo ſacra Olea cuſtodiuntur, veniat, videatque ut munda & compoſita illic ſerventur omnia.*

*Vetus autem Chriſma, & Oleum Catechumenorum ac Infirmorum, ſi quod remanſerat in ampullis, ponatur in lampadibus Eccleſiæ, ante SS. Sacramentum, ut comburatur: reliquum autem, quod eſt in pyxidibus ſive capſulis, cum goſſypio igni cremetur; & novum deinde cum novo goſſypio in pyxidibus ſive capſulis imponatur.*

*Et, quia SS. Euchariſtiæ Sacramentum hoc ipſo die (quo nimi-*

*rum à Chriſto Domino noſcitur inſtitutum) in aliqua Capella, vel Altari, velis & luminaribus decenter ornato & bene munito, adorandum ac venerandum exponi ſolet; Parochi cura erit, tempeſtive monere gregem ſuum, ut ineffabilem modum divinæ præſentiæ pie veneretur, nec non de tam ſalubri tamque ſuavi beneficio exſolvat Deo debitas gratiarum actiones.*

# Ordo ponendi SS. Corpus Domini in Sepulchrum.

F*Eriâ ſextâ Paraſceues, vel ante, tempeſtive paratur locus vel Capella pro ſepulchro, velis & luminaribus, quantum fieri poteſt. Et, facta Communione, ardentibus adhuc facibus vel candelis in Choro, pro reverentia Hoſtiæ in calice relictæ, Celebrans ſtans, imponit incenſum in duo thuribula abſque benedictione; incenſat ter Venerabile Sacramentum genuflexus: interim ordinatur lugubris proceſſio; præcedit Crux; quam immediate ſequitur Clerus, more ſolito, luminaria ferens; ultimo loco Sacerdos, caſulâ nigrâ indutus ut ſupra, calicem coopertum velo albo manibus geſtans, cum miniſtris ſub baldachino ſeu umbella incedens; Choro interim cantante ſequens Reſponſorium; thurificantibus continuo duobus Thuriferariis, vel uno ſaltem in minoribus Eccleſiis; adhibito quoque malleo ligneo, cymbali loco.*

*Reſponſorium.*




fons


fons a quæ vi væ , ad
cu jus tranſitum Sol ob ſcu-
ra tus eſt : Nam & il le
captus eſt , qui captivum
tene bat primum ho-
minem : ho die por tas
mor tis & ſe ras pa riter Sal-

vator



vator no ſter diſ ru pit.



*Verſ.* Deſtru xit quidem clauſtra



infer ni , & ſubvertit poten tias



di a boli. Nam &

*Interim reverenter ponitur Calix cum Hoſtia in loco, Corporali mundo ſtrato: quo facto, & ter, ut antea, incenſato Sacramento, à Cantoribus, vel ipſomet Sacerdote, canitur ſequens Reſponſorium:*



T E nebræ factæ ſunt, dum




mans

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



mans IESVS voce magna, a it:



Pa ter, in manus tuas commendo ſpi-



ritum me um.



Et in clinato.

*Quo finito, dicit Sacerdos Verſ.* Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem. *Reſp.* Mortem autem Crucis.

Oremus.

RESpice, quæſumus Domine, ſuper hanc familiam tuam; pro quâ Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitavit, manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum. Qui tecum &c. *Dicitur hac die ſub ſilentio.*

*Ad Sepulchrum, ut ſupra, paratum, non minus quam ad heſternum Altare, adhibendi ſunt nocte ac die teſtes quidam ac cuſtodes; nec deeſſe debent, qui ſecundum ritum antiquum pie pſallant.*

*Verum, cum hæc Cærimonia non valde tuta ſit in* Eccleſiis *ruralibus, aliiſque in locis, ubi fidi cuſtodes & devote pſallentes non reperiuntur; rectius illic faciet Sacerdos, ſi* Corpus Dominicum *poſt finem divini Officii tum in ſuum locum, vel Reſervatorium ſolitum, reverenter deportaverit, illicque concluſum, tuto aſſervaverit.*

## Ordo recipiendi SS. Chriſti Corpus è Sepulchro in ſancta nocte Paſchæ.

N*Octe ſanctâ Paſchæ, horâ congruâ, Sacerdos, indutus albâ ſeu ſuperpclliceo, ſtolâ & pluviali albi coloris, & duo vel quatuor miniſtri (ſi haberi poſſint) cum debitis paramentis, præcedente Thuriferario cum incenſo & thuribulo fumigante, ſequentibus juxta Crucem duobus Ceroferariis cum candelis accenſis, Choro ac Clero, ſingulis cum ſuis candelis, veniunt ordine ad ſepulchrum, pro deferendo proceſſionaliter ſanctiſſimo Sacramento. Coram quo factâ aliquantiſper, cum genuflexione, ſub ſilentio, Oratione, ſuas ſinguli candelas accendunt. Sacerdos, ſurgens ac ſtans, imponit incenſum in thuribulum, abſque benedictione. Deinde genuflexus thurificat Venerabile Sacramentum triplici ductu; illudque velo albo oblongo reverenter tectum, proceſſionali ritu, præcedentibus Clericis cum luminibus accenſis, & miniſtro continuè thurificante, cymbaliſque perſonantibus, deportat ex ſepulchro ad Altare majus, vel aliud, ubi ordinarie aſſervari conſuevit: interim Choro inchoante, &, in tono feſtivo, interpoſito etiam ubi fieri poteſt Organo, cantante ſequentem Hymnum:*



AVrora cælum purpurat, Æther reſultat

laudi-



laudibus , Mundus triumphans jubilat,



Horrens Avernus infremit.
Rex ille dum fortiſſimus
De mortis inferno ſpecu
Patrum ſenatum liberum
Educit ad vitæ jubar.
Cujus ſepulchrum plurimo
Cuſtode ſignabat lapis ;
Victor triumphat, & ſuo
Mortem ſepulchro funerat.
Sat funeri, ſat lachrymis ,
Sat eſt datum doloribus :
Surrexit extinctor necis ,
Clamat coruſcans Angelus.
Vt ſis perenne mentibus
Paſchale Ieſu gaudium ;
A morte dira criminum
Vitæ renatos libera.
Deo Patri ſit gloria ,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito ,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

*Itaque Sacerdos, cum pervenerit ad Altare antedictum, & poſuerit ibidem Venerabile Sacramentum, facit profundam genuflexionem; ſtanſque iterum, imponit incenſum abſque benedictione, & Venerabile Sacramentum triplici ductu, genuflexus, incenſat. Poſtea canitur à miniſtris, vel ipſo Sacerdote, ipſis deficientibus, Verſ.* Surrexit Dominus de ſepulchro, alleluja. *Reſp.* Qui pro nobis pependit in ligno, alleluja. *Sacerdos ſubjungit:*

Oremus.

DEus, qui hanc ſacratiſſimam Noctem gloriâ Dominicæ Reſurrectionis illuſtras: conſerva, in nova familiæ tuæ progenie, adoptionis ſpiritum, quem dediſti: ut, corpore & mente renovati, puram tibi exhibeant ſervitutem. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Et, factâ Venerabili Sacramento profundâ reverentiâ, accepto ſuper humeros velo oblongo albo, quo in Proceſſione uſus fuit, ad Altare aſcendit; Venerabile Sacramentum reverenter accipit; & ſtans, cum eodem, populo in modum crucis benedicit, nihil dicens; illudque in Tabernaculo, abſque ulteriore incenſatione, recondit, & cum ſuis ad Sacriſtiam vel Chorum redit. In majoribus Eccleſiis inchoabitur Matutinum: in minoribus cantari poterit cantio Paſchalis:* Surrexit Chriſtus hodie, *&c. poſt, vel alternatim etiam, Germanica per populum:* **Chriſt iſt erſtanden/** *&c. aut* **Erſtanden iſt der heilig Chriſt/** *&c. aut alia conveniens.*

## MONITIO.

*QVatuor prima SS. Euangeliorum capita ſeu initia, quæ in Diœceſi noſtra pro frugibus terræ, maxime vero in Eccleſiis ruralibus, pro locorum conſuetudine, ab Octava Paſchatis uſque ad finem Auguſti, vel ulterius, ſingulis Dominicis legi vel decantari ſolent, habentur infra in Proceſſione SS. Corporis Chriſti.* Pag.

*Quis vero in eiſdem decantandis ritus obſervandus, & qualis Verſiculorum, Orationum & Benedictionum, delectus habendus ſit, infra etiam deſcribitur.* Pag.

# BENEDICTIONES, AB EPISCOPIS, vel aliis, facultatem habentibus, faciendæ.

*Benedictio Sacerdotalium Indumentorum in genere.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per Moyſen, famulum tuum, Pontificalia & Sacerdotalia ſeu Levitica veſtimenta, ad explendum in conſpectu tuo miniſterium eorum, ad honorem & decorem nominis tui fieri decreviſti: adeſto propitius invocationibus noſtris, & hæc indumenta Sacerdotalia, deſuper irrigante gratiâ tuâ, ingenti benedictione per noſtræ humilitatis ſervitium purificare ✠, benedicere ✠, & conſecrare ✠ digneris; ut divinis cultibus & ſacris myſteriis apta & benedicta exiſtant: his quoque ſacris veſtibus Pontifices, & Sacerdotes, ſeu Levitæ tui, induti, ab omnibus impulſionibus ſeu tentationibus malignorum ſpirituum muniti & defenſi eſſe mereantur, tuiſque myſteriis apte & condigne ſervire, inhærere, atque in his tibi placite & devote perſeverare tribue. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DEus, invictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator ac ſanctificator: intende propitius in preces noſtras, & hæc indumenta Leviticæ, Sacerdotalis, & Pontificalis gloriæ, miniſtris tuis fruenda, tuo ore

pro-

proprio benedicere ✠, ſanctificare ✠, & conſecrare ✠ digneris; omneſque eis utentes, tuis myſteriis aptos, & tibi in eis devote ac laudabiliter ſervientes, gratos efficere digneris. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui veſtimenta, Pontificibus, Sacerdotibus, & Levitis in uſum tabernaculi fœderis neceſſaria, Moyſen famulum tuum conficere juſſiſti, eumque ſpiritu ſapientiæ ad id peragendum repleviſti: hæc veſtimenta, in uſum & cultum myſterii tui, benedicere ✠, ſanctificare ✠, & conſecrare ✠ digneris: atque miniſtros altaris tui, qui ea induerint, ſeptiformis ſpiritus gratiâ dignanter repleri, atque caſtitatis ſtolâ, beatâ facias cum bonorum fructu operum miniſterii congruentis immortalitate veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Deinde aſpergit ipſa indumenta aquâ benedictâ.*

*Benedictio mapparum ſive linteaminum Altaris.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

EXaudi, Domine, preces noſtras, & hæc linteamina, ſacri Altaris uſui præparata, benedicere ✠ & ſanctificare digneris. Per eundem Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui Moyſen, famulum tuum, ornamenta & linteamina facere per quadraginta dies docuiſti; quæ etiam Maria texuit & fecit in uſum miniſterii & Tabernaculi fœderis: benedicere ✠, ſanctificare ✠, & conſecrare ✠ digneris hæc linteamina, ad tegendum involvendumque Altare glorioſiſſimi Filii tui, Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Deinde aſpergit ea aquâ benedictâ.*

*Benedictio Corporalium.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

CLementiſſime Domine, cujus inenarrabilis eſt virtus, cujus myſteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quæſumus,

ut hoc linteamen, tuæ propitiationis benedictione ✠, ſanctificetur, ad conſecrandum ſuper illud Corpus & Sanguinem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, Filii tui. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, benedicere ✠, ſanctificare ✠, & conſecrare ✠ digneris linteamen iſtud, ad tegendum involvendumque Corpus & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Filii tui. Qui tecum vivit & regnat *&c.* *Reſp.* Amen.

Oremus.

OMnipotens Deus, manibus noſtris opem tuæ benedictionis infunde: ut, per noſtram benedictionem ✠, hoc linteamen ſanctificetur, & Corporis ac Sanguinis Redemptoris noſtri novum ſudarium, Spiritus ſancti gratiâ, efficiatur. Per eundem *&c.* in unitate ejuſdem Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen. *Et aſpergit aquâ benedictâ.*

*Benedictio Tabernaculi, ſeu Vaſculi, pro ſacroſancta Euchariſtia conſervanda.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Do-

mini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, majeſtatem tuam ſupplices deprecamur, ut vaſculum hoc, pro Corpore Filii tui, Domini noſtri Ieſu Chriſti, in eo condendo, fabricatum, benedictionis ✠ tuæ gratiâ dicare digneris. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Deinde aſpergit illud aquâ benedictâ.*

*Benedictio novæ Crucis.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

ROgamus te, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut digneris benedicere ✠ hoc ſignum Crucis, ut ſit remedium ſalutare generi humano, ſit ſoliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, ſit ſolamen, & protectio ac tutela contra ſæva jacula inimicorum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Alia Oratio ad idem.*

BEnedic ✠ Domine hanc Crucem tuam, per quam eripuiſti mundum à dæmonum poteſtate, & ſuperaſti paſſione tua ſuggeſtorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetiti ſumptionem. *Hic aſpergat aquâ benedictâ.* Sanctificetur hoc ſignum Crucis, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti; ut, orantes inclinanteſque ſe propter Dominum ante iſtam Crucem, inveniant corporis & animæ ſanitatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Poſtea Sacerdos, genuflexus ante Crucem, devote adorat & oſculatur; & idem faciunt, quicumque voluerint.*

## Benedictio Imaginum IESV Chriſti Domini noſtri, Beatæ V. MARIÆ, & aliorum Sanctorum.

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum imagines, *ſive* effigies,

ſculpi aut pingi non reprobas, ut, quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus & ſanctitatem, ad imitandum, memoriæ oculis meditemur: hanc, quæſumus, imaginem, *ſeu* ſculpturam, in honorem & memoriam unigeniti Filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, *vel* Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, *vel* Beati *N.* Apoſtoli tui, *vel* Martyris, *vel* Confeſſoris, *aut* Pontificis, *aut* Virginis, adaptatam, benedicere ✠ & ſanctificare ✠ digneris: & præſta, ut, quicumque coram illa unigenitum Filium tuum, *vel* Beatiſſimam Virginem, *vel* glorioſum Apoſtolum, *ſive* Martyrem, *ſive* Confeſſorem, *aut* Virginem, ſuppliciter colere & honorare ſtuduerit, illius meritis & obtentu à te gratiam obtineat in futurum. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Vltimò aſpergat aquâ benedictâ.*

## Ritus benedicendi & imponendi primarium lapidem pro Eccleſia ædificanda, ſervandus à Sacerdote, facultatem habente ab Epiſcopo.

*Eccleſiam ex Epiſcopi autoritate tantum, juxta ſacrorum Canonum decreta, ædificari fas eſt. Si vero Sacerdos, ejus ædificatio-*

*cationis primarium lapidem benedicendi poteſtatem habens, ejusmodi functionem peragat, hunc ritum ſervabit.*

*Pridie quam primarius lapis benedicatur, ligneam Crucem in loco, ubi debet eſſe Altare, figat ipſe vel alius Sacerdos. Sequenti vero die, lapis, in Eccleſiæ fundatione ponendus, qui debet eſſe quadratus & angularis, benedicatur hoc modo.*

*Sacerdos, indutus amictu, albâ, cingulo, ſtolâ, & pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus & Clericis, ſalem & aquam benedicit, niſi prius in promptu habeat jam benedictam ordinaria benedictione, ut ſupra.* Pag. 343. *& interim, dum cantatur à Clericis Antiphona cum Pſalmo ſequenti, aſpergit locum, ubi Crux poſita eſt, cum aquâ benedictâ. Antiphon.* Signum ſalutis pone, Domine Ieſu Chriſte, in loco iſto, & non permittas introire Angelum percutientem.

*Pſalmus* 83.

QVam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultaverunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altaria tua Domine virtutum: Rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tuis: ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut &c. *Finito Pſalmo, Sacerdos, verſus ad locum, per ipſum aſperſum, dicit:*

Oremus.

DOmine Deus, qui, licet cælo & terrâ non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur; locum hunc, quæſumus, beatæ Mariæ ſemper Virginis, & B. *N.* (*nominando Sanctum, vel Sanctam, in cujus honorem ac nomen fundabitur Eccleſia,*) omniumque Sanctorum inter-

cedentibus meritis, ſereno pietatis tuæ intuitu viſita, & per infuſionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conſerva, &, qui dilecti tui David devotionem in filii ſui Salomonis opere complevisti, in hoc opere deſideria noſtra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiæ ſpirituales. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Poſtea ſtans benedicit primarium lapidem, dicens:* *Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Sit nomen Domini benedictum. *Reſp.* Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum. *Verſ.* Lapidem quem reprobaverunt ædificantes. *Reſp.* Hic factus eſt in caput anguli. *Verſ.* Tu es Petrus. *Reſp.* Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. *Verſ.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. *Reſp.* Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, Fili Dei vivi, qui es verus omnipotens Deus, ſplendor & imago æterni Patris, & vita æterna; qui es

lapis angularis, de monte ſine manibus abſciſſus, & immutabile fundamentum; hunc lapidem, collocandum in tuo nomine, confirma: & tu, qui es principium & finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit; ſis, quæſumus, principium & incrementum & conſummatio ipſius operis, quod debet ad laudem & gloriam tui nominis inchoari. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Tunc aſpergit lapidem ipſum aquâ benedictâ: &, accepto cultro, per ſingulas partes ſculpit in eo ſignum Crucis, dicens:* In nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti. *Reſp.* Amen.

*Quo facto, dicit:* Oremus.

BEnedic ✠, Domine, creaturam iſtam lapidis; & præſta, per invocationem ſancti tui nominis, ut, quicunque ad hanc Eccleſiam ædificandam pura mente auxilium dederint, corporis ſanitatem & animæ medelam percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Poſtea dicantur Litaniæ ordinariæ, ſine Orationib. in fine poſitis, ut ſupra.* Pag. 156. *Quibus dictis, parato cæmento, & cæmentario aſſiſtente, Sacerdos inchoat, Clericis proſequentibus, Antiph.* Mane ſurgens Iacob, eri-

gebat lapidem in titulum, fundens oleum deſuper: votum vovit Domino: Vere locus iſte ſanctus eſt, & ego neſciebam. *Pſal.* 126.

NIſi Dominus ædificaverit domum: in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit civitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filii excuſſorum.

Beatus vir, qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, *&c.*

*Quo dicto, Sacerdos ſtans tangit & ponit ipſum primarium lapidem in fundamento, dicens:* In fide Ieſu Chriſti collocamus Lapidem iſtum primarium in hoc fundamento; in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ✠ ſancti; ut vigeat vera fides hic, & timor Dei, fraternaque dilectio; & ſit hic locus de-

ſtinatus orationi, & ad invocandum & laudandum nomen ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui cum Patre, & Spiritu ſancto, vivit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Interim cæmentarius locat ipſum lapidem cum cæmento: poſtea Sacerdos ſpargit ſuper lapidem Aquam benedictam, dicens:* Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. *Pſalm.* Miſerere mei Deus ſecundum magnam *&c. ut ſupra, dicitur totus, cum* Gloria Patri. *Quo dicto, Sacerdos ſpargit aquam benedictam per omnia fundamenta, ſi ſunt aperta; ſi vero non ſunt aperta, circuit, aſpergendo fundamenta Eccleſiæ deſignata: &, incipiens aſpergere, inchoat Antiphonam, Clero proſequente:* O quam metuendus eſt locus iſte! vere non eſt hìc aliud, niſi Dominus Dei, & porta cæli.

Pag. 150.

*Pſalmus* 86.

FUndamenta ejus in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.

Glorioſa dicta ſunt de te: civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis: ſcientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic.

Num-

Numquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundavit eam Altiſſimus?

Dominus narrabit in ſcripturis populorum & principum: horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium: habitatio eſt in te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. *&c.*

*Antiph.* O quam metuendus eſt locus iſte! vere non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli.

*Interim, aſpergendo, procedit uſque ad fundamenta aperta, ſeu deſignata; &, repetitâ Antiph. ſtans dicit:* Oremus. *Miniſtri:* Flectamus genua.

*Reſp.* Levate.

OMnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ cæteris gratiam contuliſti, ut, quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut, quidquid modo viſitaturi ſumus, viſites, &, quidquid benedicturi ſumus, bene ✠ dicas; ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

DEus, qui, ex omnium cohabitatione Sanctorum, æternum majeſtati tuæ

condis habitaculum; da ædificationi tuæ incrementa cæleſtia, ut, quod te jubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

## Ritus benedicendi novam Eccleſiam, ſeu Oratorium publicum, ut ibi ſanctiſſimum Miſſæ Sacrificium celebrari poſſit.

*Sacerdos, novam Eccleſiam, de licentia Epiſcopi, benedicturus, ut in ea divinum Sacrificium Miſſæ rite celebretur; ſtolâ ac pluviali albi coloris indutus, aliquot Sacerdotibus & Clericis adhibitis, prælatâ Cruce mediâ inter duos Clericos, deferentes cereos accenſos, mane procedit ad primariam Eccleſiæ vel Oratorii januam; ubi ſtans capite aperto, converſus ad eam, dicit abſolute Orationem:*

Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Deinde inchoat Antiphonam,* Aſperges me, Domine, *&c. & Clerus alternatim dicit Pſalm.* Miſerere mei Deus; *ut ſupra. In fine,* Gloria Patri. Pag. 150. *Interim circumdant exterius Eccleſiam (quæ intus debet eſſe vacua & nuda, & pariter altaria nuda, excluſo populo, donec abſoluta ſit benedictio;) & Sacerdos,*

*cerdos, accepto aſpergillo ex herba hyſſopi, ad ejus dexteram ſe convertens, parietes Eccleſiæ in ſuperiori parte, & in fundamentis, cum aquâ benedicta aſpergit, dicens:* Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. *Reverſi ad locum, unde proceſſio initium habuit, repetitâ Antiph. à Clero, Sacerdos, ſtans, ut prius, verſus Eccleſiam dicit:* Oremus. *& Miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

*Oratio.*

DOmine Deus, qui, licet cælo & terrâ non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur; locum hunc, quæſumus, Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beati *N.* omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, ſereno pietatis tuæ intuitu viſita, & per infuſionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conſerva; &, qui dilecti tui David devotionem in filii ſui Salomonis opere complevisti, in hoc opere deſideria noſtra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiæ ſpirituales. Per Dominum noſtrum *&c.*

*Qua finita Oratione, omnes, bini in Eccleſiam intrantes, ad Altare majus procedunt, Litanias decantantes, ut ſupra.* Pag. 156.

Vbi

*Vbi dictum fuerit*, Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus audi nos, *ſurgit Sacerdos, & intelligibili voce dicit:* Ut hanc Eccleſiam & Altare, ad honorem tuum, & nomen Sancti tui *N.* purgare & benedicere ✠ digneris. Te rogamus, audi nos. *cùm dicit,* benedicere, *manu dextra benedicit Eccleſiam, & Altare: deinde, ut prius, genuflectit, donec perficiantur Litaniæ: & Cantores proſequuntur,*

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos. Fili Dei, Te rogamus audi nos. Agnus Dei, *&c. Dicto ultimo* Kyrie eleïſon, *Sacerdos ſtans dicit:* Oremus. *Miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

PRæveniat nos, quæſumus Domine, miſericordia tua: &, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces noſtras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Tum, ab Altari diſtans congruenti ſpatio, genuflexus, & ſe ſignans, dicit:* Deus, in adjutorium meum intende. *& ſtatim ſurgit, Clerico reſpondente:* Domine ad adjuvandum me feſtina. *ipſe vero ſtans dicit:* Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. *Chorus reſpondet:* Sicut erat in principio, & nunc, *&c. Poſtea Sacerdos dicit:*

Ore-

Oremus. *Miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

*Oratio.*

OMnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ cæteris gratiam contuliſti, ut, quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur; quæſumus immenſam clementiam tuam, ut, quidquid modo viſitaturi ſumus, viſites, & quidquid benedicturi ſumus, benedicas ✠, ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.*

*His dictis, inchoat Antiph.* Benedic Domine domum iſtam, nomini tuo ædificatam. *cum tribus Pſalmis ſequentibus, videlicet.* *Pſalm.* 119.

AD Dominum, cum tribularer, clamavi, *&c. ut ſupra. In fine,* Gloria Patri, *&c.* *Pag.* 240.

*Pſalmus* 120.

LEvavi oculos meos in montes, *&c. ut ſupra. In fine,* Gloria Patri, *&c.* *Pag.* 241. *Pſalm.* 121.

LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: in atriis tuis Ieruſalem.

Ieruſalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſraël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in judicio: ſedes ſuper domum David.

Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri: quæſivi bona tibi.

Gloria Patri, *&c.*

*Antiphona.* Benedic, Domine, domum iſtam, nomini tuo ædificatam.

*Interim aſpergit interius parietes in parte ſuperiori & inferiori, inchoans aſperſionem à parte Euangelii, dicens:* Aſperges me Domine, *&c. Tum, ad Altare reverſus, dicit:* Oremus. *Miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

DEus, qui loca, nomini tuo dicanda, ſanctificas; effunde ſuper hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus, hic nomen tuum invocantibus, auxilium tuæ miſericordiæ ſentiatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Filium tuum, *&c.*

*His*

*His peractis, dicitur Miſſa de tempore occurrenti, vel de Sancto.*

*Eccleſia verò, quamvis à ſimplici Sacerdote, ut ſupra, ſit benedicta, ab Epiſcopo tamen conſecranda eſt.*

## Ritus reconciliandi Eccleſiam violatam, ſi nondum erat ab Epiſcopo conſecrata.

*Eccleſiæ violatæ reconciliatio, per Sacerdotem, ab Epiſcopo delegatum, fiat hoc modo. Altare Eccleſiæ omnino nudetur; provideaturque, ut Eccleſia poſſit liberè circumiri, tam exteriùs quam interiùs, ſi fieri poteſt: paretur vaſculum cum aquâ benedictâ, & aſpergillum de herba hyſſopo factum. Sacerdos, indutus amictu, albâ, cingulo, ſtolâ & pluviali albo, adhibitis aliquot Sacerdotibus & Clericis, procedit ad primariam Eccleſiæ portam; ubi ſtans, Antiphonam incipit, dicens, Clero proſequente:*

Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. *Pſalm.* Miſerere mei Deus; *totus, cum* Gloria Patri. Pag. 150.

*Quo finito, Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona & Pſalmus dicuntur, Sacerdos cum aquâ benedictâ aſpergit in circuitu extrinſecus Eccleſiam & Cœmeterium, ſimul aſpergendo alternatim ad parietes Eccleſiæ ac terram Cœmeterii, præſertim ad loca contaminata. Quo facto, redit ad locum, ubi incepit aſpergere; & ſtans dicit:*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oremus.

OMnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ cæteris gratiam contuliſti, ut, quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur; quæſumus immenſam clementiam tuam, ut, quod viſitaturi ſumus, viſites, &, quidquid benedicturi ſumus, bene ✠ dicas, ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Pag. 156. *Deinde Sacerdos incipit Litanias, ut ſupra; & ingreditur Eccleſiam cum Clero, cantando eas; acceditque ante Altare majus; coram quo genuflectit. cumque dictum fuerit:* Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam *&c.* *Reſp.* Te rogamus audi nos. *Sacerdos ſurgit, & clara voce dicit:* Ut hanc Eccleſiam, Altare hoc, & Cœmeterium, purgare ✠ & reconciliare digneris. Te rogamus, *&c.*

*Quibus dictis, rurſus genuflectit, & Litaniæ perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos, verſus ad dictum Altare, dicit:* Oremus. *& Miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

PRæveniat nos, quæſumus Domine, miſericordia tua, &, intercedentibus omnibus

Sanctis tuis, voces noſtras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Deinde Sacerdos genuflectit ante Altare; & , ſe ſigno Crucis muniens, clara voce dicit:* Deus in adjutorium meum intende. *tum ſurgit; & Chorus ſeu aſtantes Clerici reſpondent:* Domine ad adjuvandum me feſtina. *& Sacerdos ſtans dicit:* Gloria Patri, *&c.* *Reſp.* Sicut erat *&c.* *Quo dicto, Sacerdos inchoat, Clero proſequente, Antiphonam:* Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus; & fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus.

*Pſalm. 67. verſic. 27.* In Eccleſiis benedicite Deo Domino: de fontibus Iſraël. *Repetitur Antiphona.*

Ibi Benjamin adoleſcentulus: in mentis exceſſu. *Repetitur Antiphona.*

Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali. *Repet. Antiph.*

Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. *Repet. Antiph.*

A templo ſancto tuo in Ieruſalem: tibi offerent reges munera. *Repetitur Antiphona.*

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati ſunt argento. *Repetitur Antiph.*

Diſſipa gentes, quæ bella volunt; venient

legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo. *Repetitur Antiphona.*

Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino. *Repetitur Antiphona.*

Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli: ad orientem. *Repetitur Antiphona.*

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, date gloriam Deo ſuper Iſraël: magnificentia ejus & virtus ejus in nubibus. *Repetitur Antiph.*

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſraël, ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus Deus. *Et non dicitur*, Gloria Patri; *ſed Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona & Pſalmus prædicti dicuntur, Sacerdos circuit Eccleſiam intrinſecus aſpergendo; aſpergit etiam ſpecialiter loca contaminata. Quo facto, ſtans in Presbyterio, verſus ad Altare, dicit:*

DEus, qui in omni loco dominationis tuæ clemens & benignus purificator aſſiſtis; exaudi nos, quæſumus, & concede, ut in poſterum inviolabilis hujus loci permaneat benedictio; & tui muneris beneficia, univerſitas fidelium, quæ ſupplicat, percipere mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde dicitur Miſſa de die occurrenti.*

*Simplex Sacerdos, tantum ex privilegio Sedis Apoſtolicæ, poteſt*

Eccle-

*Eccleſiam, ab Epiſcopo conſecratam, reconciliare. Et tunc utatur ritu, in Pontificali præſcripto: procedatque indutus amictu, albâ, cingulo, & ſtolâ ac pluviali albi coloris; adhibitis ſecum aliis Presbyteris & Clericis, ſuperpelliceis indutis, cum aquâ, ab Epiſcopo ad hunc uſum ritè benedictâ.*

## Ritus benedicendi novum Cœmeterium per Sacerdotem, ab Epiſcopo delegatum.

*PRidie quam fiat benedictio, ponitur in medio Cœmeterio benedicendo lignea Crux, alta ad ſtaturam hominis; & ante ipſam Crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus, altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.*

*Sequenti die, mane, Sacerdos in Sacriſtia paratus amictu, albâ, cingulo, ſtola & pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus & Clericis, indutis ſuperpelliceis, qui deferant vaſculum aquæ benedictæ, aſpergillum, & thuribulum cum incenſi navicula, & hoc Rituali libro, & tribus candelis cereis; procedit ad Cœmeterium benedicendum, ante Crucem in medio poſitam; & affiguntur & accenduntur tres candelæ, ſuper ligneum paxillum; & Sacerdos, ante Crucem & candelas ſtans diſcooperto capite, dicit:*

### Oremus.

OMnipotens Deus, qui es cuſtos animarum, & tutela ſalutis, fides credentium; reſpice propitius ad noſtræ ſervitutis officium, & ad introitum noſtrum purgetur ✠, benedicatur ✠, & ſanctificetur ✠ hoc Cœmeterium; ut humana corpora, hic poſt vitæ curſum quieſcentia, in magna judicii

dicii die ſimul cum felicibus animabus mereantur adipiſci vitæ perennis gaudia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Mox ante ipſam Crucem omnes, genibus flexis, di-*
Pag. 156. *cunt Litaniasor dinarias,ut ſupra; incipiente Cantore, cæteris reſpondentibus.& ,cum dictum fuerit,* Ut omnibus fidelibus defunctis *&c.* Te rogamus audi nos. *Sacerdos ſurgit,& clara voce dicit, producens manu ſignum Crucis:* Ut hoc Cœmeterium purgare,& benedicere ✠,digneris. Te rogamus, *&c. Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit,& Litaniæ perficiuntur. Quibus finitis, ſurgunt omnes; & Sacerdos Crucem aſpergit aquâ benedictâ,dicens Antiph.* Aſperges me,Dñe,hyſſopo,& mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Miſerere mei *&c.dicitur totus ab aſtantibus,cum* Gloria Pa-
Pag. 150. tri, *&c. ut ſupra. Quo dicto,repetitur Antiph. Dum dicitur Pſalmus, Sacerdos circuit, & perambulat totum Cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aſpergens ubique aquâ benedictâ: quo facto,redit ante Crucem, &, ad ipſam reſpiciens, dicit:*

Oremus.

DEus, qui es totius orbis conditor, & humani generis redemptor,cunctarumque creaturarum, viſibilium & inviſibilium, perfectus diſpoſitor; te ſupplici voce ac puro corde expoſcimus, ut hoc Cœmeterium,

in quo famulorum famularumque tuarum corpora quieſcere debent poſt curricula hujus vitæ labentia, purgare ✠, benedicere ✠, & ſanctificare ✠ digneris: quique remiſſionem omnium peccatorum per tuam magnam miſericordiam in te confidentibus præſtitiſti, corporibus quoque eorum, in hoc Cœmeterio quieſcentibus, & tubam primi Archangeli expectantibus, conſolationem perpetuam largiter impertire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Tunc figit in ſummitate Crucis unam ex tribus candelis ardentibus, & alias duas ſimiliter ardentes in duobus brachiis ejuſdem Crucis. Deinde incenſat ipſam Crucem; & aſpergens Aquâ benedictâ, redit cum Miniſtris in Sacriſtiam.*

# DE ECCLESIÆ ab Epiſcopo conſecratæ ET COEMETERII EI CONTIGVI RECONCILIATIONE.

*SAcerdos, Epiſcopo inferior, non niſi ex peculiari Sedis Apoſtolicæ facultate poteſt Eccleſiam, ab Epiſcopo conſecratam, ſi violata fuerit, reconciliare. Eccleſiæ autem violatæ & Cœmeterii ei contigui reconciliatio, per Sacer-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*dotem, Apoſtolica autoritate delegatum, fieri poterit juxta præſcriptum Pontificalis & Ritualis Romani, quocunque die, hoc modo.*

*Inprimis, mane diei quâ reconciliatio fieri debet, paretur locus in medio Cœmeterii; & Altare majus omnino nudetur. Parentur etiam duo vaſa cum aqua; unum in Cœmeterio cum aqua à prædicto Sacerdote benedicenda, & aliud in Eccleſia, in Presbyterio, cum aqua prius ab Epiſcopo benedicta, quæ* Gregoriana *vocari ſolet; & Aſperſorium, de herba hyſſopi factum. Provideatur etiam, ut Eccleſia poſſit libere circumiri, tam exterius quam interius, ſi fieri poteſt. Si vero Eccleſia tantum ſit reconcilianda, paretur locus ante & extra portam principalem Eccleſiæ; & ibidem unum vas cum aqua benedicenda à Sacerdote prædicto, & aſperſorium, de herba hyſſopi factum; & alterum vas cum ſupradicta aqua* Gregoriana, *in Eccleſia. Quibus omnibus ſic paratis, Sacerdos in Sacriſtia, vel alio condecenti loco, indutus amictu, alba, cingulo, ſtola in modum Crucis & pluviali albo, adhibitis aliquot Sacerdotibus & Clericis, procedit ad Cœmeterium, ſi eſt reconciliandum; aliàs ante portam principalem extra Eccleſiam; ubi ſtans benedicit aquam, ibidem in vaſe poſitam, ſimpliciter cum ſale, prout habetur in Miſſali Romano vel Colonienſi noviter reformato. Aquâ igitur benedictâ, Sacerdos detecto capite inchoat,*

*Clero proſequente, Antiphonam :* Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. *Tum recitet Pſalmum* 50. Miſerere mei Deus, *ut ſupra.* Pag. 150.

*Quo finito, Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona & Pſalmus dicuntur, Sacerdos aſpergit cum ipſa aqua in circuitu extrinſecus Eccleſiam & Cœmeterium ſimul, aſpergendo alternatim, nunc ad murum Eccleſiæ, nunc ad terram Cœmeterii, & ſpecialiter loca contaminatã. Quo facto, rediens ad locum ubi aquam benedixit, ſtans dicit :*

Oremus.

OMnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ cæteris gratiam contuliſti, ut, quicquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, à te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut, quod modo viſitaturi ſumus, viſites, &, quicquid benedicturi ſumus, bene ✠ dicas; ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga Dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Reſp.* Amen.

*Deinde iterum dicit :*

Oremus.

*Et Miniſtri :* Flectamus genua. *Reſp.*Levate.

AVfer à nobis, quæſumus Domine, cunctas iniquitates noſtras; ut ad loca, tuo ſancto nomini purificanda, puris mereamur mentibus introire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Et, ſi Eccleſia reconciliatur ſine Cœmeterio, omittitur ſequens Oratio. Si vero Eccleſia ſimul cum Cœmeterio reconciliatur, Sacerdos, finita præcedente, mox dicit :*

Oremus.

*Et Miniſtri :* Flectamus genua. *Reſp.*Levate.

DOmine pie, qui agrum figuli, pretio Sanguinis tui, in ſepulturam peregrinorum comparari voluiſti; quæſumus, dignanter reminiſcere clementiſſimi hujus myſterii tui. Tu es enim, Domine, figulus noſter; tu quietis noſtræ ager; tu agri hujus es pretium; tu dediſti etiam, & ſuſcepiſti; tu de pretio & in pretio tui vivifici Sanguinis nos requieſcere donaſti : tu ergo, Domine, qui es offenſionis noſtræ clementiſſimus indultor, expectantiſſimus judicator, judicii tui ſuperabundantiſſimus miſerator, judicium tuæ juſtæ ſeveritatis abſcondens poſt miſerationem tuæ piæ redemptionis; adeſto exauditor & effector noſtræ reconciliationis; hoc-

que

que cœmeterium, mauſoleum peregrinorum tuorum, cæleſtis patriæ incolatum expectantium, benignus purifica & reconcilia; & hic tumulatorum ac tumulandorum corpora, de potentia & pietate tuæ reſurrectionis, ad gloriam incorruptionis, non damnans ſed glorificans, reſuſcita: qui venturus es judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Poſtea Cantor incipit Litanias, ut ſupra: & Sacerdos ingreditur Eccleſiam cum Clero, cantando eas; acceditque ante Altare majus; coram quo genuflectit.* Pag. 156.

*Cumque dictum fuerit,* Ut omnibus fidelibus *&c. Sacerdos ſurgit de accubitu, producit ſignum Crucis ſuper Altare, Eccleſiam, & Cœmeterium, clara voce dicens:*

Vt hanc Eccleſiam, & Altare hoc, ac Cœmeterium, purgare & recon ✠ ciliare digneris;

*Reſp.* Te rogamus, audi nos.

*Secundo dicit:*

Ut hanc Eccleſiam, & Altare hoc, ac Cœmeterium, purgare, recon ✠ ciliare, & ſancti ✠ ficare digneris. *Reſp.* Te rogamus, audi nos.

*Tertio dicit:*

Vt hanc Eccleſiam, & Altare hoc, ac Cœmeterium, purgare, recon ✠ ciliare, ſan-

cti ✠ ficare, & conſe ✠ crare digneris.

*Reſp.* Te rogamus, audi nos.

*Si autem Cœmeterium non ſit pollutum, & ſic neque reconciliandum, non fit de Cœmeterio mentio.*

*Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, & Litaniæ perficiuntur:*

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleïſon. Chriſte eleïſon.
Kyrie eleïſon.

*Quibus finitis, Sacerdos ſurgit, & ſtans, verſus ad dictum Altare, dicit:*

Oremus.

*Et miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

DEus, qui peccati veteris hæreditariam mortem, in qua poſteritatis genus omne ſucceſſerat, Chriſti Filii tui Domini noſtri Paſſione ſolviſti: da propitius, ut, conformes eidem effecti, ſicut imaginem terreni parentis, naturæ neceſſitate, portavimus, ita

imaginem cæleſtis gratiæ, ſanctificatione, portemus: per virtutem ejuſdem Chriſti Filii tui Domini noſtri, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Deinde Sacerdos genuflectit ante Altare, &, ſe ſigno Crucis muniens, cantando dicit:*

Deus, in adjutorium meum intende.

*Tum ſurgit Sacerdos, & Chorus reſpondet:*

Domine, ad adjuvandum me feſtina.

*Tunc Sacerdos, ſtans, dicit:*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

*Chorus reſpondet:*

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen. *abſque* Alleluja.

*Idem fit, eiſdem modo & loco, ſecundò & tertiò, voce ſemper altius elevatâ. Quibus dictis, Sacerdos, ſtans in eodem loco, inchoat, Choro proſequente, Antiphonam:*

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus; & fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus.

*Incepta Antiphona, Sacerdos facit, ut in fine ſequentis Pſalmi habetur.*

*Pſalmus 67, verſic. 27.*

In Eccleſiis benedicite Deo Domino: de fontibus Iſraël. *Repetitur Antiphona.*

Ibi Benjamin adoleſcentulus: in mentis exceſſu. *Repetitur Antiphona.*

Principes Iuda, duces eorum: Principes Zabulon, principes Nephthali. *Repetitur Antiphona.*

Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. *Repetitur Antiphona.*

A templo tuo in Ieruſalem: tibi offerent reges munera. *Repetitur Antiphona.*

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati ſunt argento. *Repetitur Antiphona.*

Diſſipa gentes, quæ bella volunt; venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo. *Repetitur Antiphona.*

Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino. *Repetitur Antiphona.*

Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli: ad Orientem. *Repetitur Antiphona.*

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis; date gloriam Deo ſuper Iſrael: magnificentia ejus & virtus ejus in nubibus. *Repetitur Antiphona.*

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus Deus.

*Et non dicitur* Gloria Patri ; *ſed Antiphona repetitur.*

*Interim dum Antiphona & Pſalmus prædictus dicuntur, Sacerdos circuit ter Eccleſiam intrinſecus, aſpergendo aquâ* Gregorianâ,*ab Epiſcopo benedictâ; in primo circuitu parietes in ſuperiori parte; in ſecundo autem, in inferiori parte eorum; in tertio verò, pavimentum Eccleſiæ: aſpergit etiam ſpecialiter loca contaminata, quando Eccleſia principaliter eſt polluta vel violata. Quo facto, Sacerdos, ſtans in Presbyterio, verſus ad Altare, dicit:*

DEum indultorem criminum, Deum ſordium mundatorem, Deum, qui corruptum peccatis originalibus mundum, adventus ſui nitore, purificavit, fratres chariſſimi, ſupplices deprecemur; ut contra diaboli furentis inſidias fortis nobis propugnator aſſiſtat: ut, ſi quid ejus viroſa calliditate quotidianis inſectationibus maculatum in iſto loco corruptumque fuerit, efficiatur cæleſti miſeratione purgatum: quia, ſicut illius eſt, ſolidum perfectumque quaſſare, ita autoris eſt noſtri, lapſa reſtituere, nutantia ſtabilire, & corrupta purgare. Qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto, vivit & regnat Deus,

*Deinde mediocri voce, extenſis manibus ante pectus, dicit Præfationem:*

Per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

*Verſ.* Surſum corda. *Reſp.* Habemus ad Dominum. *Verſ.* Gratias agamus Domino Deo noſtro. *Reſp.* Dignum & juſtum eſt.

Vere dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Cujus immenſa bonitas, ut non habuit principium, ita nec terminum habebit. Qui, divina naturalique pietate plenus, eligis, in nobis magis reſtituere perdita, quam percutere peritura. Et, ſi quid aut negligentia polluit, aut ira committit, aut ſtimulat ebrietas, aut libido ſubvertit; hoc, Domine, clementi patientia ſuſtines; ut ante per gratiam purifices, quam percutias per furorem. Et, operis tui providus plaſmator, eligis potius erigere jacentia, quam punire damnanda. Te, Domine, ſupplices deprecamur, ut hujus tabernaculi receptaculum placatus aſpicias; & altare tuum, quod inſectantis eſt inimici fraude pollutum, per infuſionem gratiæ cæleſtis purifices, purificatum poſſideas, poſſeſſumque, ne deinceps aliqua labe ſordeſcat, cuſtodias.

Abſint in poſterum omnes nequitiæ ſpiritua-les, & eliminentur: extinguatur antiqui Ser-pentis invidia, & cum omnibus fraudibus ſuis diaboli turma propellatur. Efferat ſecum maculam quam ingeſſit, &, perennibus quan-doque ſuppliciis deputandus, operum ſuo-rum ſemina ſecum colligat peritura. Nihil hic in poſterum noceat præteriti culpa con-tagii; nihil ſit, quod remaneat inimici fraude pollutum; quandoquidem Spiritus tui eſt in-fuſione purgatum. Reſurgat Eccleſiæ tuæ pura ſimplicitas; & candor innocentiæ, ha-ctenus maculatus, dum receperit gratiam, reſurgat ad gloriam: ut populorum fide-lium hic turba conveniens, dum petitionis ingerit vota, votorum ſentiat ſe obtinuiſſe ſuffragia.

*Quod ſequitur, dicit ſubmiſſe legendo, ita tamen ut à circumſtantibus audiri poſſit.*

Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæ-cula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Poſt hæc Sacerdos aſcendit ad Altare; & ibi in-choat, ſcholâ proſequente, Antiphonam:*

Introibo ad altare Dei: ad Deum, qui læ-tificat juventutem meam.

*Pſalmus* 42.

IVdica me, Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti, & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

*Et non dicitur,* Gloria Patri; *ſed Antiphona repetitur. Qua repetita, Sacerdos, dicit:*

Oremus.

*Et Miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

DEus, qui, in omni loco dominationis tuæ, clemens ac benignus purificator aſſiſtis: exaudi nos, quæſumus, & concede, ut in poſterum inviolabilis hujus loci permaneat conſecratio, & tui muneris beneficia univerſitas fidelium, quæ ſupplicat, percipe-

re

re mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde, ſtans ibidem, inchoat, Choro proſequente, Antiphonam:*

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: à templo ſancto tuo, quod eſt in Ieruſalem.

*Pſalmus 67.*

EXurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus.

Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.

Et juſti epulentur & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cantate Deo, pſalmum dicite nomini ejus: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum; Dominus nomen illi.

Exultate in conſpectu ejus: turbabuntur à facie ejus, patris orphanorum, & judicis viduarum.

Deus in loco ſancto ſuo: Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

Deus cum egredereris in conſpectu populi tui: cum pertranſires in deſerto.

Terra mota eſt, etenim cæli diſtillaverunt à facie Dei Sinai: à facie Dei Iſraël.

Pluviam voluntariam ſegregabis, Deus, hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu vero perfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: & ſpeciei domus dividere ſpolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & poſteriora dorſi ejus in pallore auri.

Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid ſuſpicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem: accepiſti dona in hominibus.

Etenim non credentes : inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie : proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

Deus noſter, Deus ſalvos faciendi : & Domini Domini exitus mortis.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum : verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.

Dixit Dominus, ex Baſan convertam : convertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine : lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos Deus : ingreſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto.

Prævenerunt principes conjuncti pſallentibus : in medio juvencularum tympaniſtriarum.

In eccleſiis benedicite Deo Domino : de fontibus Iſraël.

Ibi Benjamin adoleſcentulus : in mentis exceſſu.

Principes Iuda, duces eorum : principes Zabulon, principes Nephthali.

Manda, Deus, virtuti tuæ : confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

A tem-

A templo tuo in Ieruſalem: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos qui probati ſunt argento.

Diſſipa gentes quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino.

Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli: ad orientem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, date gloriam Deo ſuper Iſraël: magnificentia ejus & virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël, ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus Deus.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Deinde repetitur Antiphona.*

*Quibus dictis, Sacerdos, ſtans adhuc ibidem, dicit:*

Oremus.

DEus, qui Eccleſiam tuam ſanctam, de omnibus mundi finibus congregatam, per tui lateris admirabile ſacramentum, cunctarum gentium matrem eſſe dixiſti; quam

etiam

etiam populorum varietate depictam, SS. Martyrum tuorum meritis decoraſti; bene ✠ dic, Domine, quæſumus, Sanctorum tuorum opitulante ſuffragio, tam Altare, quod eorum exornatur, te juvante, Reliquiis, quam Eccleſiam; ac fidelium tuorum tibi pie offerentium vota in illa ſanctifica. Qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Deinde Sacerdos parat ſe ad celebrandam Miſſam; quam ſolemniter celebrabit.*

*Miſſa dicitur de die occurrente; &, cum Oratione diei, dicitur ſequens Collecta, ſub uno* Per Dominum.

*Oratio.*

DEus, qui dixiſti, Domus mea domus orationis vocabitur; domum iſtam, infidelium ſpurcitiis contaminatam, mundare & ſanctificare digneris: & omnium preces & vota hoc in loco ad te clamantium clementer exaudias, & benigne ſuſcipias. Per Dominum.

*Secreta.*

Hæc hoſtia, quæſumus Domine, & locum iſtum ab omnibus immundiciis expurget, & ſupplicationes noſtras ſemper & ubique reddat tibi acceptas. Per Dominum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Poſtcommunio.*

PErcipientes, Domine, munera ſalutis æternæ, ſupplices exoramus; ut templum hoc & cœmeterium, ab infidelium inquinamentis emundatum, benedictione tuâ maneat ſanctificatum, & pectora noſtra ab omni ſorde vitiorum alienata tibique devota ſemper exiſtant. Per Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

# O R D O
## R E C O N C I L I A N D I
## COEMETERIVM VIOLATVM,
## S I V E
## ECCLESIÆ CONTIGVVM SIT
## S I V E S E P A R A T V M,
ubi Eccleſia non eſt polluta.

Reconciliatio Cœmeterii fieri poterit quocunque die, hoc ordine.

*MAne diei, qua facienda eſt reconciliatio, Sacerdos, ſi ab Epiſcopo facultatem habeat, adhibitis aliis Sacerdotibus & Clericis, indutis ſuperpelliceis, in Sacriſtia aut alio decenti loco, veſtitus amictu, albâ, cingulo, ſtolâ & pluviali albi coloris, accedit ad medium Cœmeterii, Cle-*

*rico*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rico vaſculum aquæ benedictæ & aſpergillum deferente; & ibi ſuper tapete genuflectit una cum Miniſtris; & Cantores aliique omnes, genibus flexis, dicunt Litanias. In quibus cum dictum fuerit,* Vt omnibus fidelibus defunctis *&c.* Te rogamus, audi nos; *Sacerdos ſurgit, & manu dextra producens ſignum Crucis ſuper Cœmeterium, clara voce dicit:* Vt hoc Cœmeterium reconciliare ✠ & ſanctificare digneris. *Reſp.* Te rogamus, audi nos. Pag. 379.

*Quibus dictis, ut prius, genuflectit, Cantoribus Litanias perficientibus.*

*Hiſce finitis, ſurgunt omnes, & Sacerdos, accepto aſpergillo cum aquâ benedictâ, inchoat Antiphonam:* Aſperges me, Domine, hyſſopo; *Clero proſequente,* & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. *Pſalmus,* Miſerere mei Deus, *&c. dicitur totus ſine* Gloria Patri, *&c. In fine repetitur Antiphona,* Aſperges me, *&c.* Pag. 150.

*Dum hæc dicuntur, Sacerdos circuit totum Cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aſpergens ubique aquâ benedictâ, præſertim in loco ubi violatio commiſſa eſt. Quo peracto, redit ad locum, ubi Litaniæ dictæ fuerunt, & ibi ſtans dicit:*

Oremus.

*Et Miniſtri:* Flectamus genua. *Reſp.* Levate.

DOmine pie, qui agrum figuli pretio Sanguinis tui in ſepulturam peregrinorum

comparari voluiſti: quæſumus, dignanter reminiſcere clementiſſimi hujus myſterii tui. Tu es enim Domine figulus noſter; tu quietis noſtræ ager; tu agri hujus es pretium; tu dediſti etiam & ſuſcepiſti; tu de pretio & in pretio tui vivifici Sanguinis nos requieſcere donaſti. Tu ergo, Domine, qui es offenſionis noſtræ clementiſſimus indultor, expectantiſſimus judicator, judicii tui ſuperabundantiſſimus miſerator, judicium tuæ juſtæ ſeveritatis abſcondens poſt miſerationem tuæ piæ redemptionis; adeſto exauditor & effector noſtræ reconciliationis, hocque cœmeterium, mauſoleum peregrinorum tuorum, cæleſtis patriæ incolatum expectantium, benignus purifica & reconcilia; & hic tumulatorum & tumulandorum corpora, de potentia & pietate tuæ reſurrectionis, ad gloriam incorruptionis, non damnans ſed glorificans, reſuſcita. Qui venturus es judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Tunc redit ad Sacriſtiam, aut alium locum, in quo paramenta accepit; ubi depoſitis ſacris veſtibus, vadit in pace.*

# DE PROCESSIONIBVS.

*PVblicæ ſacræque Proceſſiones ſeu Supplicationes, quibus, ex antiquiſſimo SS. Patrum inſtituto, Catholica Eccleſia, vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum, uti conſuevit, qua par eſt religione, celebrari debent: continent enim magna ac divina myſteria: & ſalutares Chriſtianæ pietatis fructus, eas pie exequentes, à Deo conſequuntur: de quibus fideles præmonere & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium eſt.*

*Videant in primis Sacerdotes, aliique Eccleſiaſtici ordinis, ut in his Proceſſionibus ea modeſtia ac reverentia, tum ab ipſis tum ab aliis, adhibeatur, quæ piis & religioſis hujuſmodi actionibus maxime debetur.*

*Omnes decenti habitu, ſuperpelliceis, vel aliis ſacris veſtibus, ſine galeris, niſi pluvia cogente, induti, graviter, modeſte, ac devote, bini ſuo loco procedentes, ſacris precibus ita ſint intenti, ut, remoto riſu mutuoque colloquio & vago oculorum aſpectu, populum etiam ad pie devoteque precandum invitent.*

*Laici à Clericis, feminæ à viris ſeparatæ, orantes, proſequantur.*

*Præferatur Crux, &, ubi fuerit conſuetudo, vexillum, ſacris Imaginibus inſignitum, non tamen factum militari ſeu triangulari forma.*

*Edendi ac bibendi abuſum, ſecumve eſculenta & poculenta deferendi in ſacris Proceſſionibus, agriſque luſtrandis, & ſuburbanis Eccleſiis viſitandis, tollere Parochi ſtudeant: ac fideles, præſertim die Dominica quæ proxime Rogationes antecedit, quam hæc dedeceat corruptela, ſæpius admoneant.*

*Proceſsiones prius fieri debent, deinde Miſſa ſolemniter celebrari: niſi aliter ob gravem cauſſam interdum Ordinario vel Clero videatur.*

*Proceſsiones autem quædam ſunt ordinariæ, quæ fiunt certis diebus per annum, ut in feſto Purificationis Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & in Dominica Palmarum, & in Litaniis majoribus, in feſto S. Marci, & in minoribus Rogationum, triduo ante Aſcenſionem Domini, & in die feſto Corporis Chriſti, vel aliis diebus pro conſuetudine Eccleſiarum.*

*Quædam verò ſunt extraordinariæ, ut, quæ variis ac publicis Eccleſiæ de cauſis in dies indicuntur.*

## De Proceſſione in die Feſto Purificationis Beatæ Mariæ ſemper Virginis.

C*Ompleta benedictione & diſtributione candelarum, ut in Miſſali Romano reformato; fit Proceſſio. Et primo Celebrans imponit incenſum in thuribulum: deinde Diaconus, vertens ſe ad populum, dicit:*



Procedamus in pace. *& Chorus reſpondet.*



In nomine Chriſti, Amen.

*Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus paratus, deferens Crucem, medius inter duos Acoluthos cum candelabris & candelis accenſis: ſequitur Clerus per ordinem; ultimo Celebrans cum Diacono à ſiniſtris, omnes cum candelis accenſis in manibus: & cantantur Antiphonæ ſequentes:*




ante



ante luci ferum genitum ; quem acci-



piens Simeon in ulnas ſu as prædicavit



populis Dominum eum eſſe vitæ & mor-



tis , & Salvato rem mundi.



*Alia Antiph.* Reſponſum accepit Simeon à



Spiritu ſancto , non viſurum ſe mortem ,



niſi videret Chriſtum Domini: & cum in-

duce-




*Et ingrediendo Eccleſiam cantatur:*




duos pullos columbarum. Sicut ſcriptum
eſt in lege Domini. Verſ. Poſtquam im-
pleti ſunt dies purgationis Mari æ ſecun-
dum legem Mo y ſi , tulerunt IESVM in
Ieruſalem, ut ſiſterent e um Do mino.
Sicut ſcriptum. Verſ. Gloria Patri ,
& Fi lio , & Spiri tui ſan cto.

Sicut



Sicut ſcriptum.

*Finita Proceſſione, Celebrans & Miniſtri, depoſitis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Miſſa. Et candelæ tenentur in manibus accenſæ, dum legitur Euangelium; & iterum ad elevationem Sacramenti, uſque ad Communionem.*

## De Proceſſione in die Palmarum.

I*N Dominica Palmarum, facta benedictione & diſtributione Palmarum ſeu Olivarum, poſt ultimam Orationem,* Omnipotens ſempiterne Deus, *&c. fit Proceſſio: ac primum, Celebrans imponit incenſum in thuribulum; & Diaconus, vertens ſe ad populum, dicit:*



Procedamus in pace. *& Chorus reſpondet:*



In nomine Chriſti, Amen.

*Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus paratus, deferens Crucem, medius inter duos Acoluthos cum candelabris, & candelis ac-*

*cenſis : ſequitur Clerus per ordinem ; ultimo, Celebrans, cum Diacono à ſiniſtris ; omnes cum ramis in manibus : & cantantur ſequentes Antiphonæ, vel omnes, vel aliquæ, quo uſque durat Proceſſio.*



*Antiph.* Cum appropinquaret Dominus Iero-



ſolymam, miſit duos ex diſcipulis ſuis, di-



cens: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt;



& invenie tis pullum aſinæ alligatum, ſu-



per quem nullus hominum ſedit: ſolvite, &



adducite mihi : ſi quis vos interrogaverit,


dicite: Opus Domino eſt. Solventes addu-
xerunt ad Ieſum, & impoſuerunt illi veſti-
menta ſua, & ſedit ſuper eum : alii expan-
debant veſtimenta ſua in vi a: ali i ramos
de arboribus ſternebant; &,qui ſequeban-
tur, clamabant: Hoſanna, benedictus qui
venit in nomine Domini : benedictum


regnum patris noſtri David : Hoſanna in
excelſis : miſerere nobis fi li Da vid.
*Alia Antiph.* Cum audiſſet populus, quia Ieſus
venit Ieroſolymam, acceperunt ramos pal-
marum, & exierunt ei obviam, & clama-
bant pueri, dicentes : Hic eſt, qui venturus
eſt in ſalutem populi ; hic eſt ſalus noſtra,

& re-


& redemptio Iſraël. Quantus eſt iſte,
cui Throni & Dominatio nes occurrunt!
Noli timere filia Sion: ecce, Rex tuus
ve nit tibi, ſedens ſuper pullum aſinæ:
ſicut ſcriptum eſt. Salve Rex fabricator
mundi, qui veniſti redimere nos.
*Alia Antiph.* Ante ſex di es ſolemnis Paſchæ,

quan-


quando venit Dominus in civitatem Ieruſa-
lem, occurrerunt e i pueri: & in manibus
portabant ramos palmarum, & clamabant
voce magna, dicentes: Hoſanna in excelſis:
benedictus qui veniſti in multitudine miſe-
ricordiæ tu æ: Hoſanna in excel ſis.
Alia Antiph. Occurrunt turbæ cum floribus

& pal-



& palmis Redēptori ob viam: & victori



triūphanti digna dant obſequia: Filiū Dei



ore gētes prædicāt: &, in laudē Chriſti, voces



tonāt per nu bila. Hoſanna in excel ſis.



*Alia Antiph.* Cum Angelis & pueris fide-



les inveniamur, triumphatori mortis cla-



mantes: Hoſanna in ex cel ſis.



*Alia Antiph.* Turba multa, quæ convenerat



ad diem feſtum, clamabat Domino : Be-



nedictus, qui venit in nomine Do mini,



Hoſanna in ex cel ſis.

*In reverſione Proceſſionis, duo vel quatuor Cantores intrant in Eccleſiam, & clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad Proceſſionem, incipiunt Verſ.* Gloria laus; *& decantant duos primos verſus. Sacerdos vero cum aliis extra Eccleſiam repetit eoſdem. Deinde, qui ſunt intus, cantant verſus ſequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur: &, qui ſunt extra, ad quoſlibet duos verſus reſpondent:* Gloria laus; *ſicut à principio.*



*Verſ.* Glo ri a, laus, & honor tibi ſit Rex Chri-

ſte re-


ſte redemptor: Cui pueri le decus prompſit
Hoſanna pium. Iſraël es tu Rex, Davidis
& inclyta proles: Nomine qui in Domini
Rex benedicte venis. G lo ri a.
Cœtus in excel ſis te laudat cælicus
omnis, Et mortalis homo, & cuncta
creata ſi mul. Glo ri a.



Plebs Hebræa ti bi cum pal mis ob-



vi a ve nit : Cum prece, vo to, hymnis,



adſumus ecce ti bi. Glo ri a.



Hi tibi paſſuro ſolvebant munia laudis :



Nos tibi regnanti pan gimus ecce melos.



Glo ri a.



Hi placuere ti bi, pla ceat devotio noſtra.



Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta



placent. Glo ri a.

*Poſtea Subdiaconus haſtili Crucis percutit portam: quâ ſtatim apertâ, Proceſſio intrat Eccleſiam, cantando Reſponſorium:*



Ingrediente Domino in ſanctã ci vita tem,



Hebræorũ pu e ri re ſurrectionem vitæ



pronunciantes, Cum ramis palmarũ, Hoſan-



na clamabant in excelſis. *Verſ.* Cum audiſſet



populus, quod Ieſus veniret Ieroſolymam,



ex i erunt ob viam e i. Cum ramis.

*Et non dicitur,* Gloria Patri. *Deinde dicitur Miſſa: & rami tenentur in manibus, dum cantatur Paſſio & Euangelium tantùm.*

## Ordo, ſervandus in Litaniarum majorum Proceſſione, quæ die feſto S. Marci celebratur.

*CLerus & populus, horâ ſtatutâ, mane in Eccleſia congregati, omnes contrito & humili corde Deum flexis genibus pauliſper precentur. Sacerdos, pluviali cum miniſtris, vel ſaltem ſuperpelliceo & ſtola violacei coloris, ſit indutus: cujus coloris habitu in reliquis Proceſſionibus ſemper utatur; præterquam in Proceſsionibus Corporis Chriſti, & quæ fiunt ſolemnibus diebus, vel in gratiarum actionem; quibus diebus utitur colore, propriæ ſolemnitati congruente. Cæteri vero Sacerdotes & Clerici, ſuperpelliceis induti, ſequentem Antiphonam, ſtantes, concinant:*



*Antiph*.Exurge Dñe, ad juva nos,& li be ra



nos propter nomen tuum.*Pſalm*.Deus au-



ribus noſtris audivimus : patres noſtri an-



nunciave runt no bis. Glo ri a.

*Repetitur Antiphona*, Exurge Domine, *&c. Deinde, genufletant omnes : duo Clerici, ante Altare majus genuflexi, devote Litanias cantare incipiant, cæteris eadem voce reſpondentibus : cum autem cantatum erit,*



Sancta Maria, Ora pro nobis.

*ſurgunt omnes, & ordinatim procedunt, egredientes, Litaniaſque proſequentes, præcedente Cruce, & ſequente Clero; ultimo loco Sacerdos, paratus ut ſupra dictum eſt, cum miniſtris, prout res vel locus poſtulat, ſacris veſtibus indutis.*

*Si Proceſſio ſit longior; vel repetantur Litaniæ, vel, Litaniis abſolutis uſque ad Preces excluſive, dicantur aliqui Pſalmi ex Pœnitentialibus ſeu Gradualibus. Hymni vero, vel Cantica lætitiæ, in iis, vel in Rogationibus, aut aliis pœnitentiæ causâ inſtitutis Proceſſionibus, non dicantur.*

*Si ad unam vel plures Eccleſias in via ſit divertendum, ingreſſis Eccleſiam, intermiſſiſque Litaniis vel Pſalmis, cantatur Antiph. cum Verſu & Oratione Sancti Patroni illius Eccleſiæ. Deinde egredientes, reſumptis precibus, eodem ordine procedunt uſque ad Eccleſiam; ubi, cum Precibus & Orationibus omnibus, Proceſſio terminatur, ut in fine Breviarii Romani poſt Pſalmos Pœnitentiales.*

Pag. 156. *In Litaniis minoribus Rogationum, ſerventur omnia ut ſupra in Litaniis majoribus.*

## De Proceſſione in Feſto ſanctiſſimi Corporis Chriſti.

### *De præparatoriis ad Proceſſionem.*

*OMnes viæ & plateæ, per quas Venerabile Sacramentum portabitur, ſint mundatæ, & ornatæ arboribus, frondibus, floribus, gramine, aulæis, aliiſque ornamentis & imaginibus, non tamen profanis ſed ſacris.*

*In quatuor diſtinctis locis, Verſus quatuor mundi plagas, Orientem, Occidentem, Meridiem & Septentrionem reſpicientibus, erecta ſint quatuor Altaria ex ligno, cum umbellis ſeu tectis, pulchre ac decenter ornata, & Corporalibus mundis ſtrata, ſuper quibus collocari poſſit Monſtrantia, dum quatuor Euangeliorum initia decantantur.*

*Deputentur principaliores aliquot viri, pro portanda umbella, ſub quâ Sacerdos cum Venerabili Sacramento proceſſionaliter ire debet.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Indui poſſunt aliquot puerorum paria, ad formam Angelorum, cum ſertis in capite: quorum aliqui caniſtris deferant folia roſarum, verſus Venerabile Sacramentum quandoque in Proceßione ſeminanda: alii cymbala portent, alii accenſas candelas, alii arma ſeu myſteria Paßionis Domini, &c.*

*Quatuor, vel duo ſaltem, Diaconi parati, cantaturi quatuor Euangeliorum initia.*

*Sacerdos primam Miſſam celebret; in qua duas hoſtias conſecret; &, ſumptâ unâ, alteram, in Tabernaculum in Proceßione deferendam, ita reponat, ut per vitrum ſeu cryſtallum, quâ ipſum Tabernaculum circumſeptum eſſe debet, exterius adorantibus appareat; veloque operiatur donec auferatur ab Altari.*

## Ordo Proceſſionis.

*Peracto Sacrificio, quando Proceßio eſt inchoanda, Sacerdos, pluviali albo indutus, ter incenſet Sacramentum genuflexus.*

*Deinde Diaconus oblongum ac decens velum circumponit ſcapulis Sacerdotis; qui, parte veli, ante pectus pendente, utraque manu cooperta, Oſtenſorium ſeu Tabernaculum, à Diacono ſibi porrectum, reverenter ſuſcipit in ſupremo Altaris gradu; mox ad Altare aſcendit, &, Sacramentum ante faciem tenens, vertit ſe ad populum; inde deſcendit ſub umbellam, comitantibus Miniſtris, & duo Acoluthi vel Clerici, cum thuribulis effumantibus, præcedunt.*

*Omnes præcedant nudo capite, accenſos cereos geſtantes, & ſequentes Hymnos, pro longitudine Proceßionis, devote concinentes. Dum vero Sacerdos diſcedit ab Altari, Clerus vel Sacerdos cantare incipit Hymnum,* Pange lingua, *ut ſupra.* Pag. 133.

*Quo inchoato, Proceßio, jam ordinata, in viam ſe dat, & progreditur hac ſerie. Confraternitates Laicorum (ſi quæ ſunt) cum ſuis vexillis, Cruce mediâ inter duo luminaria, & inſignibus; Religioſi cum ſua Cruce, aut vexillis & ornamentis* Eccleſiaſticis, *candeliſque ardentibus; Chorus muſicus; Crux Cleri ſæcularis, quam*

*fert Acoluthus, ſuperpelliceo indutus, medius inter duos alios Acoluthos, luminaria ferentes: Clerus ſæcularis, per ordinem, indutus Paramentis ſacris: Pueri, veſtiti ad formam Angelorum, cum cymbalis, myſteriis & armis Paßionis Domini, caniſtriſque roſarum, bini & bini: Duo Diaconi, vel quatuor, ſi haberi poßint: Thuriferarii duo, incenſantes alternis vicibus continuè Venerabile Sacramentum; cum ſocio, naviculam cum incenſo portante: Vmbella, ſub qua Sacerdos cum Venerabili Sacramento, capite nudo, incedit, medius inter duos Diaconos; ſi vero haberi hi non poſſunt, duo primarii viri id præſtent, & fimbrias pluvialis eundo elevent: Ab utraque umbellæ parte, viri aliquot honeſti, cum facibus ardentibus: Poſt umbellam, Cærimoniarius cum ſuo ſocio, vel duo Clerici, ſuperpelliceis induti; pro neceßitate Officiatoris & Proceßionis occurrente, Nobiles, ſæcularis Magiſtratus, Cives, plebeii, bini & bini omnes, & detectis capitibus, cum candelis vel facibus accenſis. Abſoluto hymno, poſſunt cani Pſalmi aliquot, huic feſto congruentes, uti,* Credidi propter quod locutus ſum, *&c.* Laudate Dominum de cælis, *&c. vel Sequentia,* Lauda Sion Salvatorem, *&c.*

## Euangelium primum.

P*Oſtquam ad primum Altare perventum fuerit, Diaconus, ſi adſit, cum debita reverentia & genuflexione accipiet, de manu ipſius Sacerdotis ſtantis, SS. Sacramentum, & illud ſuper Altare collocabit; aliàs Sacerdos ipſe, depoſito reverenter & thurificato Sacramento, à latere poteſt ſedere & requieſcere. Interim canitur aliquod Mottetum vel Reſponſorium.*

*Circa finem Motteti vel Reſponſorii &c. Diaconus*

*unus*

*unus ex quatuor defert & ponit librum ſuper Altare; Officiator benedicit & imponit interim incenſum; Diaconus vero, genuflexus ante Venerabile Sacramentum, dicit:* Munda cor meum, *&c. &, accepto libro, cum reverentiis debitis ante Officiatorem dicit:* Iube Domne benedicere, *&c. &, habita benedictione, decantat, alio Diacono librum tenente, Euangelium primum.*

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Et, ſignans librum & ſeipſum in fronte, ore, & pectore, proſequitur:* Initium S. Euangelii ſecundum Matthæum. *Interim dum Reſp.* Gloria tibi Domine. *incenſat librum triplici ductu.*

LIber generationis Ieſu Chriſti, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Iſaac: Iſaac autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Iudam & fratres ejus. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſron: Eſron autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab: Aminadab autem genuit Naaſon: Naaſon autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autẽ genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Ieſſe: Ieſſe autem genuit David regem. David autem Rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam:

Abias autem genuit Aſa: Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Ioathan: Ioathan autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manaſſen: Manaſſes autem genuit Amon: Amon autem genuit Ioſiam: Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres ejus, in tranſmigratione Babylonis. Et poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim: Eliacim autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoch: Sadoch autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Ioſeph, virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.

*Sacerdos oſculatur librum, ſibi delatum, dicens:*

Per Euangelica dicta deleantur noſtra delicta. Amen. *Et incenſatur, more ſolito, à Diacono. Facta incenſatione, cantat Officiator:*

Per iſtos ſermones ſancti Euangelii, & merita ac interceſſionem ſancti Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ, indulgeat nobis Dominus

minus univerſa crimina atque delicta noſtra. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* A fulgure & tempeſtate. *Reſp.* Libera nos Domine. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

A Domo tua, quæſumus Domine, ſpiritales nequitiæ repellantur, & aërearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Deinde ſtans Officiator, impoſito thure abſque benedictione in thuribulum, genuflectit, & thurificat Venerabile Sacramentum; reſumptoque ſuper humeros velo oblongo, Monſtrantiam à Diacono ſtante, ſi adſit, genuflexus reverenter recipit; ſi minus, Sacerdos ipſe ſurgit, ad Altare aſcendit, factaque genuflexione, Venerabile Sacramentum ante faciem ſuam tenens, vertit ſe ad populum, ac hymnum ſequentem vel ipſe vel Clerus incipit: & proceditur, ordine ſupra dicto, ad ſecundum Altare.*



S Acris solẽniis juncta ſint gaudia, Et ex



præcordiis ſonēt præconia: Recedāt vete-



ra,nova ſint omnia,corda, voces,& opera.

Noctis recolitur cæna noviſſima,
Qua Chriſtus creditur agnum & azyma
Dediſſe fratribus, juxta legitima
Priſcis indulta patribus.
Poſt agnum typicum, expletis epulis,
Corpus Dominicum datum diſcipulis,
Sic totum omnibus, quod totum ſingulis,
Ejus fatemur manibus.
Dedit fragilibus Corporis ferculum,
Dedit & triſtibus Sanguinis poculum,
Dicens; Accipite quod trado vaſculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic ſacrificium iſtud inſtituit,
Cujus officium committi voluit
Solis Presbyteris, quibus ſic congruit,
Ut ſumant, & dent cæteris.
Panis angelicus fit panis hominum:
Dat panis cælicus figuris terminum:
O res mirabilis! manducat Dominum

Pauper, ſervus, & humilis.
Te trina Deitas unaque poſcimus;
Sic nos tu viſita, ſicut te colimus:
Per tuas ſemitas duc nos, quò tendimus,
Ad lucem quam inhabitas. Amen.

*Cum ad ſecundum Altare pervenerit Proceſſio, ſervata eadem ſerie & omnibus cærimoniis quæ ad primum Altare præſcriptæ ſunt, delato per Diaconum libro, benedicto & impoſito incenſo, dicto,* Munda cor meum *&c. habitaque benedictione, canit*

## Euangelium ſecundum.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Verſ.* Initium ſancti Euangelii ſecundum Marcum. *Reſp.* Gloria tibi Domine.

INitium Euangelii Ieſu Chriſti Filii Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. Fuit Ioannes in deſerto, baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ univerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua. Et erat Ioannes veſtitus pilis

cameli; & zona pellicea circa lumbos ejus: & locuſtas & mel ſilveſtre edebat. Et prædicabat, dicens: Venit fortior me poſt me; cujus non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aqua: ille vero baptizabit vos Spiritu ſancto.

*Sacerdos oſculatur librum, dicens,* Per Euangelica dicta deleantur noſtra delicta, Amen. *Et incenſatur. Sic etiam fit poſt reliqua Euangelia.*

*Officiator vero canit:*

Per iſtos ſermones ſancti Euangelii, & merita ac interceſſionem ſancti Marci Euangeliſtæ, indulgeat nobis Dominus univerſa crimina atque delicta noſtra. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* A peſte, fame, & bello. *Reſp.* Libera nos Domine. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEnedic, Deus omnipotens, locum iſtum; ut ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas & manſuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto; & hæc benedictio maneat ſuper hunc locū, & ſuper habitantes

in eo, nunc & in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Reliqua fiunt, ſicut in fine primi Euangelii, ſupra.* Pag. 477.

*Officiator vero, vel Chorus, incipit ſequentem hymnum; & ſic proceditur ad tertium Altare.*

*Hymnus.*



VErbum ſu per num prodiens, Nec



Patris linquens dex teram, Ad opus ſuum



ex i ens Venit ad vi tæ veſperam.

In mortem à diſcipulo
Suis tradendus æmulis,
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit diſcipulis.
Quibus ſub bina ſpecie
Carnem dedit & Sanguinem;
Vt duplicis ſubſtantiæ
Totum cibaret hominem.

Se naſcens dedit ſocium,
 Conveſcens in edulium,
 Se moriens in pretium,
 Se regnans dat in præmium.
O ſalutaris hoſtia,
 Quæ cæli pandis oſtium:
 Bella premunt hoſtilia,
 Da robur, fer auxilium.
Uni trinoque Domino
 Sit ſempiterna gloria;
 Qui vitam ſine termino
 Nobis donet in patria. Amen.

*Apud Altare tertium omnia, ut ſupra, ſervantur. Per Diaconum tertium defertur liber, benedicitur ab Officiatore & imponitur incenſum, & dicto,* Munda cor meum, *&c. habitaque benedictione, Diaconus canit*

## Euangelium tertium.

*Verſ.* Dominus vobiſcum.
*Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.
Initium S. Euangelii ſecundum Lucam.
*Reſp.* Gloria tibi Domine.

FUit, in diebus Herodis regis Iudææ, Sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia; & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Eliſabeth. Erant autem juſti am-

bo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela. Et non erat illis filius, eo quod eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem, cum Sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum conſuetudinem Sacerdotii, ſorte exiit, ut incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris horâ incenſi. Apparuit autem illi angelus Domini, ſtans à dextris Altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas, Zacharia; quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio: & multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino; & vinum & ſiceram non bibet: & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ: & multos filiorum Iſraël convertet ad Dominum Deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam juſtorum, parare Domino plebem perfectam.

Pag. 477. *Omnia ſerventur, ut ſupra poſt primum Euangelium. Officiator canit :*

Per iſtos ſermones ſancti Euangelii, & merita ac interceſſionem ſancti Lucæ Euangeliſtæ, indulgeat nobis Dominus univerſa crimina atque delicta noſtra. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* A ſubitanea, improviſa, & perpetua morte. *Reſp.* Libera nos Domine. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis, totus operaris: adeſto ſupplicationibus noſtris; & hujus loci, cujus es fundator, eſto protector; ut nulla in eo nequitia contrarietatis obſiſtat, ſed, virtute Spiritus ſancti cooperante, fiat hic tibi ſemper purum gratumque ſervitium, & devota voluntas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Reſp.* Amen.

Oremus.

VIſita, quæſumus Domine, locum iſtum, & omnes inſidias inimicorum ab eo longe repelle; & Angeli tui ſancti habitent in eo, qui eum in pace cuſtodiant; & benedi-

ctio tua ſit ſemper ſuper eum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*Finita Oratione, fiunt ea, quæ ſuperius poſt primum Euangelium. Inchoatur ſequens Hymnus; & proceditur ad quartum Altare.* Pag. 477.

*Hymnus.*




Quâ victus es clementiâ,
Vt noſtra ferres crimina,
Mortem ſubires innocens,
A morte nos ut tolleres?
Perrumpis infernum chaos;
Vinctis catenas detrahis;
Victor triumpho nobili
Ad dexteram Patris ſedes.

Te cogat Indulgentia
Ut damna noſtra ſarcias,
Tuique vultus compotes
Dites beato lumine.
Tu dux ad aſtra, & ſemita ;
Sis meta noſtris cordibus,
Sis lachrymarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium. Amen.

*Servatis ſervandis, ut ſupra, ac delato libro, benedicto incenſo, & dicto,* Munda cor meum, *&c. per quartum Diaconum, habitaque benedictione, is ipſe cantat*

## Euangelium quartum.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Initium ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. *Reſp.* Gloria *&c.*

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes

crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. Hic genuflectat. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

*Reliqua omnia fiunt, ut ſupra. Officiator vero canit:* Per iſtos ſermones ſancti Euangelii, & merita ac interceſſionem S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, indulgeat nobis Dominus univerſa crimina atque delicta noſtra. *Reſp.* Amen.

*Verſ.* Ab omni malo. *Reſp.* Libera nos Domine. *Verſ.* Domine exaudi *&c.* *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

CÆleſti benedictione benedicatur, cuſtodiatur, ac conſervetur locus iſte, & in

eo habitantes, agri quoque & terræ fructus; in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Reſp*. Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui das eſcam omni carni; qui operis cælum nubibus, & paras terræ pluviam, & januas cæli aperis; qui transfers Auſtrum de cælo, & inducis in virtute tua Africum; qui rigas montes de ſuperioribus ſuis, & de fructu operum tuorum ſatiabitur terra; qui Angelo præcepiſti, ut terræ, mari, & arboribus non noceret: parce metuentibus, & propitiare ſupplicantibus. Te etenim, Domine, ſupplices exoramus, ut procul abſcedat incurſio turbinum, calamitas tempeſtatum, fragor grandinum, percuſſio fulminum, & quælibet inſidiæ inimici temperentur, infeſta tonitrua, noxiæque pluviæ, & ventorum flamina fiant moderate ſuſpenſa, omnis quoque ſpiritus procellarum & aëreæ tempeſtates dexterâ tuæ virtutis proſternantur. Deſcendat, quæſumus Domine, deſuper Spiritus ſanctus, ut, fugatis omnibus contrariæ poteſtatis virtutibus, fruges manus ſervet Angelica, &, poſt ſopitos nubium impetus, in laudum & devotionum ſpiritualium augmen-

tum

tum tranſeat comminatio tempeſtatis. Qui vivis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Finita Oratione, Sacerdos, thurificato, ut ſupra, Venerabili Sacramento, & ſuperimpoſito humeris velo, ſurgit, ad altare aſcendit, factaque ſolita genuflexione, & acceptâ Monſtrantiâ, ſtans, verſus quatuor mundi plagas cantat, ac ſimul benedicit, dicens; verſus Orientem:* A fulgure ✠ & tempeſtate. *Reſp.* Libera nos Domine. *verſus Meridiem:* A peſte, fame ✠, & bello. *Reſp.* Libera nos Domine. *verſus Occidentem:* A ſubitanea, improviſa ✠ & perpetua morte. *Reſp.* Libera nos Domine. *verſus Septentrionem:* Ab omni malo. *Reſp.* Libera nos Domine. *Deinde ſtatim incipitur ſequens Hymnus; & Proceſſio progreditur uſque ad Eccleſiam & Altare majus.*

*Hymnus.*



ÆTer ne Rex altiſſime, Redemptor



& fi de lium, Cui mors perempta de-



tulit Summæ triumphum gloriæ.

Aſcendis orbes ſiderum ,
Quo te vocabat, cælitus
Collata, non humanitus ,
Rerum poteſtas omnium.

Vt trina rerum machina
Cæleſtium, terreſtrium ,
Et inferorum condita
Flectat genu jam ſubdita.

Tremunt videntes Angeli
Verſam vicem mortalium :
Peccat caro, mundat caro ,
Regnat Deus, Dei caro.

Sis ipſe noſtrum gaudium ,
Manens Olympo præmium ,
Mundi regis qui fabricam ,
Mundana vincens gaudia.

Hinc te precantes quæſumus ,
Ignoſce culpis omnibus ,
Et corda ſurſum ſubleva ,
Ad te ſupernâ gratiâ.

Vt cum repente cœperis
Clarere nube judicis ,
Pœnas repellas debitas ,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reddas coronas perditas.
Iesu, tibi ſit gloria,
Qui victor in cælum redis,
Cum Patre & almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

*Peracta Proceſſione, & Sanctiſſimo Sacramento ad Eccleſiam reportato ac ſuper Altare depoſito, omnes Eccleſiaſtici, qui adſunt, hinc inde ordine genuflexi, illud reverenter adorantes, dum Sacerdos de more incenſat, ſequentem Hymni partem concinant:*

TAntum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui;
Præſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.
Genitori Genitoque
Laus & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedictio.
Procedenti ab utroque
Compar ſit laudatio. Amen.

*Poſtea duo Clerici dicant Verſ.* Panem de cælo præſtitiſti eis, Alleluja. *Reſp.* Omne delectamentum in ſe habentem, Alleluja.

*Deinde Sacerdos ſtans dicit Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

### Oremus.

**D**Eus, qui nobis, ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Tunc Sacerdos, facta genuflexione, cum Sacramento ſemel (niſi ſit Prælatus, inſignibus Pontificalibus utens,) benedicat populum in modum Crucis, nihil dicens: poſtea illud reverenter reponat.*

*Hic autem modus benedicendi ſervatur etiam in aliis Proceſſionibus, faciendis cum ſanctiſſimo Sacramento.*

# O R D O,

## ſervandus in Die animarum, in Eccleſiis Parochialibus.

*IN die animarum, mane, hora competenti, fit exhortatio pro meditatione mortis, de ſuffragiis pro mortuis faciendis, eorumque utilitate, &c. deinde inſtituitur Proceſſio per Eccleſiam totam & Cœmeterium; cantantur Reſponſoria primi & tertii Nocturni Officii Defun-*

*ctorum, ſi tempus ſuppetat; & alternatim recitantur Pſalmi,* Miſerere, *&*, De profundis. *In reditu ad Eccleſiam, ante Altare majus cantatur Reſp. ultimum:* Libera me; *deinde* Kyrie eleïſon, Chriſte eleïſon, Kyrie eleïſon. *Mox Sacerdos ſubjungit alta voce:* Pater noſter, *& ſecreto recitat uſque ad,* Et ne nos. *Subjungit clara voce Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Verſ.* A porta inferi. *Reſp.* Erue, Domine, animas eorum. *Verſ.* Requieſcant in pace. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Pag. 150 & 154.

Pag. 235.

Oremus.

DEus, in cujus miſeratione, animæ fidelium requieſcunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & ubique in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum, ut, à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur.

Fidelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre

in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Requiem æternam dona eis, Domine. *Reſp.* Et lux perpetua luceat eis. *Verſ.* Requieſcant in pace. *Reſp.* Amen.

*Deinde habetur Sacrum pro omnibus defunctis. Tempore Proceſſionis, Parochus aſpergit aquâ benedictâ ubique ſepulchra mortuorum, tam in Eccleſia quam in cœmeterio, & Oſſiarium.*

*In Cathedrali, Collegiatis, & Clauſtralibus Eccleſiis, pridie Omnium fidelium defunctorum, poſt Veſperas omnium Sanctorum, dicto,* Benedicamus Domino, *cantantur Veſperæ defunctorum, incipiendo ab Antiphona,* Placebo Domino, *juxta Rubricas Breviarii Romani. Deinde, finitis Veſperis, pro populi majori commoditate ac devotione, ſubjungitur Matutinum & Laudes ex eodem Officio defunctorum. Quibus finitis, cantatur Completorium de omnibus Sanctis, more conſueto.*

*Sub Veſperis de omnibus Sanctis, vel ante, erigitur in medio templi aliquod Caſtrum doloris, ſeu feretrum, nigro panno obductum, appoſitis circumquaque candelis, pro qualitate loci; &, ſi quæ poſſunt, Altaria nigro colore ornantur.*

*In ipſa die Omnium fidelium animarum, omnia* Pag. 492. *fiunt, ut ſupra in Parochialibus; niſi quod etiam fiat Proceſſio ſimul per ambitum: & non cantatur*

*Antiphona, niſi finito Sacro: quando Officiator, depoſita Caſula & manipulo, accipit pluviale; proceditur ad Caſtrum doloris; Officiator cum ſuis miniſtris ſtat infra Caſtrum, verſa facie ad Altare; cantatur à Choro Reſponſorium*, Libera me Domine; *omneſque cærimonias accurate obſervat, prout ſupra, quando corpus ſolemni defunctorum Sacrificio ſepelitur; niſi quod omnia in plurali dicantur; &, omiſſa Oratione quæ ibi habetur, ſubjungit Orationes:* Deus, in cujus miſeratione *&c. &* Fidelium Deus, *ut ſupra. Quibus finitis, redeundo ad Chorum, alternatim recitatur Pſal.* De profundis.

Pag. 235.
Pag. 493.
Pag. 154.

## Ritus, obſervandus, quando in Eccleſiis, maxime vero ruralibus, pro locorum conſuetudine, tribus præſertim diebus Dominicis poſt Octavam Corporis Chriſti, pro terræ frugibus proceſſionaliter decantantur ſuprà dicta quatuor SS. Euangeliorum initia.

*Diebus Dominicis, poſtquam Parochus ante inceptam Miſſam, ad modum in Miſſali Romano*

*præ-*

*præſcriptum, Altare, ſeipſum, miniſtros, ac populum, aquâ benedictâ aſperſit; præcedente, inter duo luminaria, Cruce cum haſta ſeu vexillo, ex Eccleſia egreditur, & in quatuor diſtinctis locis, quatuor mundi plagas reſpicientibus, decantat quatuor SS. Euangeliorum initia, modo qui ſequitur.*

*In primo loco, verſus correſpondentem ſibi mundi plagam, ſtans, abſolute incipit Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Verſ.* Initium ſancti Euangelii ſecundum Matthæum. *Reſp.* Gloria tibi Domine. Liber generatio-
Pag. 475. nis Ieſu Chriſti, *&c. ut ſupra. Quo finito, oſcula-*
Pag. 476. *tur librum, dicens:* Per Euangelica dicta *&c. ſtatimque clarâ iterum voce decantat:* Per iſtos Sermones ſancti Euangelii, & merita ac inter-
Pag. 477. ceſſionem S. Matthæi *&c. Quibus abſolutis, ſubjungit Verſ.* A fulgure & tempeſtate. *Reſp.* Libera nos Domine. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Ibidem. A Domo tua, quæſumus, *&c. Quâ oratione finitâ, ſequentem ſubjungit benedictionem:*

Cæleſti benedictione, benedicatur, cuſtodiatur, & conſervetur locus iſte, & in eo habitantes, agri quoque & terræ fructus, in

nomine Patris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ſancti. *Reſp.* Amen.

*Quibus finitis, procedit ad ſecundum locum, & ſimiliter, verſus oppoſitam mundi plagam, ſtando iterum, cantare incipit Verſ.* Dominus vobiſcum, *&c. Verſ.* Initium ſancti Euangelii ſecundum Marcum. *Reſp.* Gloria *&c.* Initium Euangelii Ieſu Chriſti *&c. ut ſupra. In fine:* Per Euangelica dicta *&c. Item:* Per iſtos ſermones ſancti Euangelii, & merita ac interceſſionem S. Marci *&c. Quibus ſubjungit: Verſ.* A peſte, fame, & bello. *Reſp.* Libera nos Domine. *Verſ.* Domine exaudi *&c.* Dominus vobiſcum, *&c.* Oremus. Benedic, Domine Deus, *&c. In fine repetitur ſupradicta Benedictio:* Cæleſti benedictione *&c.*

Pag. 479.
Pag. 480.
Pag. 496.

*In tertio loco, verſus plagam correſpondentem, modo quo ſupra, canit Verſ.* Dominus vobiſcum *&c.* Initium ſancti Euangelii ſecundum Lucam *&c.* Fuit in diebus Herodis *&c. In fine:* Per Euangelica *&c.* Per iſtos ſermones ſancti Euangelii, & merita ac interceſſionem S. Lucæ *&c. Subjungit etiam Verſ.* A ſubitanea, improviſa, & perpetua morte. *Reſp.* Libera nos Domine. *Verſ.* Domine exaudi *&c.* Dominus vobiſcum *&c.* Oremus. Viſita quæſumus Domine *&c. ut ſupra. In fine iterum ſubjungitur:*

Pag. 482.
Pag. 484.
Ibidem.

Pag. 496. Cæleſti benedictione *&c. ut ſupra. In quarto loco, verſus plagam oppoſitam, modo ſupradicto:* Dominus vobiſcum; *&c.* Initium ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. Gloria *&c.* In principio erat Verbum *&c. In fine:* Per Euangelica *&c.* Per iſtos ſermones ſancti Euangelii, & merita ac interceſſionem S. Ioannis *&c. Verſ.* Ab omni malo. *Reſp.* Libera nos Domine. Domine exaudi *&c.* Dominus vobiſcum *&c.* Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus *&c. In fine:* Cæleſti benedictione *&c. Quibus omnibus finitis, iterum Eccleſiam ingreditur, Miſſam & reliqua Divina peracturus.*

Pag. 486. Pag. 487. Pag. 488. Pag. 496.

## De Proceſſione ad petendam pluviam.

Pag. 156. A*Guntur omnia, ut ſupra in Litaniis majoribus uſque ad finem Litaniarum: in quarum precibus, poſt Verſ.* Vt fructus terræ *&c. bis dicitur:* Vt congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos. *In fine poſtea dicitur,* Pater noſter, *&c. ſecreto. Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo.

*Pſalmus* 146.

LAudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit jucunda decoraque laudatio.

Ædificans Ieruſalem Dominus : diſperſiones Iſraëlis congregabit.

Qui ſanat contritos corde : & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem ſtellarum : & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noſter, & magna virtus ejus : & ſapientiæ ejus non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians autem peccatores uſque ad terram.

Præcinite Domino in confeſſione : pſallite Deo noſtro in cithara.

Qui operit cælum nubibus: & parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum: & herbam ſervituti hominum.

Qui dat jumentis eſcam ipſorum: & pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum : & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus.

Gloria Patri, *&c.*

*Quo finito, dicantur preces. Verſ.* Operi, Domine, cælum nubibus. *Reſp.* Et para terræ pluviam. *Verſ.* Vt producat in montibus fœnum.

*Reſp.* Et herbam ſervituti hominum. *Verſ.* Riga montes de ſuperioribus tuis. *Reſp.* Et de fructu operum tuorum ſatiabitur terra. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, in quo vivimus, movemur, & ſumus; pluviam nobis tribue congruentem, ut, præſentibus auxiliis ſufficienter adjuti, ſempiterna fiducialius appetamus.

*Oratio.*

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus, ut, qui in afflictione noſtra de tuâ pietate confidimus, contra adverſa omnia, tua ſemper protectione, muniamur.

*Oratio.*

DA nobis, quæſumus Domine, pluviam ſalutarem, & aridam terræ faciem fluentis cæleſtibus dignanter infunde. Per Dominum noſtrum.

*Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. *Verſ.* Benedicamus Domino. *Reſp.* Deo gratias. *Verſ.* Exaudiat nos omnipotens & miſericors Dominus. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. *Reſp.* Amen.

Pro-

## Proceſſio ad poſtulandam ſerenitatem.

OMnia fiant, ut ſupra in Litaniis majoribus. Et in Litaniarum precibus, poſt Verſ. Vt fructus terræ &c. bis dicatur: Vt fidelibus tuis aëris ſerenitatem concedere digneris, Te rogamus audi nos. Ad finem obſecrationum dicitur, Pater noſter, &c. Verſ. Et ne nos inducas in tentationem. Pag. 156.

*Pſalmus 66.*

DEus miſereatur noſtri &c. ut ſupra. In fine Gloria Patri. Sicut erat &c. Pag. 289.

Verſ. Adduxiſti, Domine, Spiritum tuum ſuper terram. Reſp. Et prohibitæ ſunt pluviæ de cælo. Verſ. Cum obduxero nubibus cælum. Reſp. Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei. Verſ. Illuſtra faciem tuam, Domine, ſuper ſervos tuos. Reſp. Et benedic ſperantes in te. Verſ. Domine, exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris; preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Oratio.*

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, & aëris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus; ut, qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua præveniente, clementiam ſentiamus.

*Oratio.*

QVæſumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coërceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertire digneris. Per Dominum *&c.*

## Preces ad repellendam tempeſtatem.

P*Vlſantur campanæ, & illis, qui adeſſe poſſunt, in Eccleſiam convocatis, dicuntur Litaniæ ordinariæ,*
*Pag. 156.* *ut ſupra; in quibus bis dicitur:* A fulgure & tempeſtate; *& poſt Litanias, Orationemque Dominicam,*

*Pſalmus* 147.

LAuda Ieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam: nebulam, ſicut cinerem, ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam, ſicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum ſuum Iacob: juſtitias & judicia ſua Iſraël.

Non fecit taliter omni nationi: & judicia ſua non manifeſtavit eis.

Gloria Patri *&c.*

*Verſ.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Reſp.* Qui fecit cælum & terram. *Verſ.* Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam. *Reſp.* Et ſalutare tuum da nobis. *Verſ.* Adjuva nos Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in nobis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Verſ.* Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos. *Reſp.* Quemadmodum ſperavimus in te. *Verſ.* Salvum fac populum tuum, Domine. *Reſp.* Et benedic hæreditati tuæ. *Verſ.* Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia. *Reſp.* Domine Deus virtutum, beatus homo, qui ſperat in te. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te

veniat.

veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris; preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

A Domo tua, quæſumus Domine, ſpirituales nequitiæ repellantur, & aëriarum diſcedat malignitas tempeſtatum.

*Oratio.*

OMnipotens ſempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare ſupplicibus; ut, poſt noxios ignes nubium & vim procellarum, in miſericordiam tranſeat laudis, comminatio tempeſtatum.

*Oratio.*

DOmine Ieſu, qui imperaſti ventis & mari, & facta fuit tranquillitas magna; exaudi preces familiæ tuæ, & præſta, ut, hoc ſigno ſanctæ Crucis ✠, omnis diſcedat ſævitia tempeſtatum.

*Oratio.*

OMnipotens & miſericors Deus, qui nos & caſtigando ſanas & ignoſcendo conſervas: præſta ſupplicibus tuis, ut & tranquillitatibus optatæ conſolationis lætemur,

& do-

& dono tuæ pietatis ſemper utamur. Per Dominum *&c.*

*Aſpergatur aquâ benedictâ.*

## Preces, dicendæ tempore penuriæ & famis.

A*Guntur omnia, ut ſupra, in Litaniis majoribus,* *Pag. 156.* *uſque ad finem Litaniarum; in quarum precibus bis dicitur :* Vt fructus terræ dare & conſervare digneris. *Poſt Litanias dicitur,* Pater noſter, *&c. Pſal.* Dominus regit me, *&c. ut ſupra.* *Pag. 266.* *Verſ.* Domine, non ſecundum peccata noſtra facias nobis. *Reſp.* Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. *Verſ.* Oculi omnium in te ſperant, Domine. *Reſp.* Et tu das illis eſcam in tempore opportuno. *Verſ.* Memento congregationis tuæ. *Reſp.* Quam poſſediſti ab initio. *Verſ.* Dominus dabit benignitatem. *Reſp.* Et terra noſtra dabit fructum ſuum. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INeffabilem nobis, Domine, miſericordiam tuam clementer oſtende, ut ſimul nos &

à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

*Oratio.*

DA nobis, quæſumus Domine, piæ ſupplicationis effectum, & famem propitiatùs averte; ut mortalium corda cognoſcant, &, te indignante, talia flagella prodire, &, te miſerante, ceſſare.

*Oratio.*

POpulum tibi ſubditum, pro peccatis ſuis fame laborantem, ad te, Domine, converte propitius; qui, quærentibus regnum tuum omnia adjicienda eſſe, dixiſti. Qui vivis & regnas cum Deo Patre *&c.*

## Proceſſio tempore mortalitatis & peſtis.

Pag. 156. F*Iat ut ſupra, in Litaniis majoribus: &, poſt Verſ.* Ab ira tua, *dicatur bis:* A peſte & fame, Libera nos Domine; *&, poſt Verſ.* Vt fructus *&c. dicitur,* Vt à peſtilentiæ flagello nos liberare digneris, *&c. In fine Litaniarum dicitur* Pater noſter, *&c. Verſ.* Et ne nos inducas *&c.* *Pſal.* Domine, ne in furore tuo arguas me, *&c.*
Pag. 146. *ut ſupra, Verſ.* Domine, non ſecundum peccata noſtra facias nobis. *Reſp.* Neque ſecundum

iniquitates noſtras retribuas nobis. *Verſ.* Adjuva nos, Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. *Verſ.* Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum. *Reſp.* Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. *Verſ.* Ora pro nobis, S. Sebaſtiane. *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos, Deus ſalutaris noſter; &, intercedente beata & glorioſa Dei genitrice Maria ſemper Virgine, & beato Sebaſtiano martyre tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & miſericordiæ tuæ fac largitate ſecurum.

*Oratio.*

PRopitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris; & animarum corporumque medere languoribus, ut, remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lætemur.

*Oratio.*

DA nobis, quæſumus Domine, piæ petitionis effectum, & peſtilentiam morta-

litatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoſcant, & te indignante talia flagella prodire, & te miſerante ceſſare. Per Dominum noſtrum *&c.*

## Preces, dicendæ in Litaniis, tempore belli.

Pag. 156. P*Eractis omnibus, ut ſupra, in Litaniis majoribus; ad finem Litaniarum dicitur,* Pater noſter, *&c.*
*Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo.

*Pſalmus* 45.

DEus noſter refugium & virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.

Deus in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Ve-

Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut *&c.*

*Verſ.* Exurge Domine, adjuva nos. *Reſp.* Et libera nos propter nomen tuum. *Verſ.* Salvum fac populum tuum, Domine. *Reſp.* Deus meus, ſperantem in te. *Verſ.* Fiat pax in virtute tua. *Reſp.* Et abundantia in turribus tuis. *Verſ.* Eſto nobis, Domine, turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Arcum contere, & confringe arma. *Reſp.* Et ſcuta combure igni. *Verſ.* Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. *Reſp.* Et de Sion tuere nos. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te ſperantium, potentiâ tuæ defenſio-

nis, expugnas; auxiliare famulis tuis, implorantibus miſericordiam tuam, ut, inimicorum ſuorum feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarum actione laudemus.

*Oratio.*

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera; da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, &, hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. *Oratio.*

HOſtium noſtrorum, quæſumus Domine, elide ſuperbiam, & eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.*

*Si verò bellum eſt contra Turcas, & alios infideles, vel Hæreticos; inter preces Litaniarum bis dicatur:* Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, Te rogamus audi nos. *& addatur:* Vt Turcarum, *vel* Hæreticorum, conatus reprimere, & ad nihilum redigere digneris, Te rogamus *&c.* *&, dicto* Pater noſter, *dicatur*

*Pſalmus* 78.

DEus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam.

Poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ.

Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem: & non erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.

Vſquequo, Domine, iraſcêris in finem: accendetur, velut ignis, zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt: & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

Quia comederunt Iacob: & locum ejus deſolaverunt.

Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis.

Adjuva nos, Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, Vbi eſt Deus eorum? & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris.

Vltio ſanguinis ſervorum tuorum qui effu-

ſus eſt: introëat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui: poſſide filios mortificatorum.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: improperium ipſorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ: confitebimur tibi in ſæculum.

In generationem & generationem: annunciabimus laudem tuam.

Gloria Patri, *&c.*

*Verſ.* Salvos fac ſervos tuos. *Reſp.* Deus meus ſperantes in te. *Verſ.* Eſto nobis, Domine, turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in nobis. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Verſ.* Hoſtium nominis tui, Domine, elide ſuperbiam. *Reſp.* Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne. *Verſ.* Fiant tanquam pulvis ante faciem venti. *Reſp.* Et Angelus Domini perſequatur eos. *Verſ.* Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt. *Reſp.* Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt. *Verſ.* Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto. *Reſp.* Et de Sion tuere nos. *Verſ.* Domine, exaudi ora-

tionem

tionem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA, quæſumus, Eccleſiæ tuæ, miſericors Deus, ut, ſancto Spiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur.

*Oratio.*

DEus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris; preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

*Oratio.*

OMnipotens ſempiterne Deus, in cujus manu ſunt omnium poteſtates, & omnium jura regnorum; reſpice in auxilium Chriſtianorum, ut gentes Turcarum, (*ſeu* Hęreticorum,) quæ in ſua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.* Exaudiat nos Dominus. *Reſp.* Amen.

## Proceſſio in quacunque tribulatione.

S*Ervatis omnibus, ut ſupra, in Litaniis majoribus, ac finitis Litaniis, dicitur*, Pater noſter, *&c.* Pag. 156.

*Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo. *Pſalm.* 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis; *&c. ut ſupra. In fine.* Gloria Patri, *&c. Vel*

Pag. 181.

Pag. 186.

*Pſal.* 90. Qui habitat in adjutorio *&c. ut ſupra.*

*Quo finito dicuntur Verſus:* Deus refugium noſtrum & virtus. *Reſp.* Adjutor in tribulationibus. *Verſ.* Salvos fac ſervos tuos, Domine. *Reſp.* Deus meus, ſperantes in te. *Verſ.* Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. *Reſp.* Miſerere nobis. *Verſ.* Adjuva nos, Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

NE deſpicias, omnipotens Deus, populum tuum, in afflictione clamantem; ſed, propter gloriam nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus.

*Oratio.*

INeffabilem miſericordiam tuam, Domine, nobis clementer oſtende; ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

*Oratio.*

*Oratio.*

CONcede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, &, glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

*Oratio.*

TRibulationem noſtram, quæſumus Domine, propitius reſpice; & iram tuæ indignationis, quam juſtè meremur, averte.

*Oratio.*

DEus, refugium noſtrum & virtus; adeſto piis Eccleſiæ tuæ precibus autor ipſe pietatis; & præſta, ut, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *&c.*

## Preces, dicendæ in Proceſſione pro gratiarum actione.

*Initio Proceſſionis cantatur Hymnus.*

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & univerſæ poteſtates.

Tibi Cherubim & Seraphim : inceſſabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus ſabaoth.

Pleni ſunt cæli & terra : majeſtatis gloriæ

Te glorioſus Apoſtolorum chorus. (tuæ.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, ſancta confitetur Eccleſia.

Patrem immenſæ majeſtatis.

Venerandum tuum verum & unicum Filium.

Sanctum quoque paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Chriſte.

Tu Patris ſempiternus es Filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem : non horruiſti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo : aperuiſti credentibus regna cælorum.

Tu ad dexteram Dei ſedes:in gloria Patris.

Iudex crederis eſſe venturus.

Te ergo quæſumus, tuis famulis ſubveni : quos pretioſo Sanguine redemiſti. (rari.

Æterna fac cum Sanctis tuis: gloria mune-

Salvum fac populum tuum, Domine : & benedic hæreditati tuæ.

Et

Et rege eos, & extolle illos uſque in æter-
Per ſingulos dies benedicimus te. (num.
Et laudamus nomen tuum in ſæculum : & in ſæculum ſæculi.
Dignare, Domine, die iſto : ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri, Domine : miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos: quemadmodum ſperavimus in te.
In te, Domine, ſperavi : non confundar in æternum.

*Deinde dici poterunt Pſalmi, qui ſequuntur; pro-ut tempus feret.* *Pſalmus 65.*

Iubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini ejus : date gloriam laudi ejus.
Dicite Deo, quam terribilia ſunt opera tua Domine : in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo.
Venite & videte opera Dei : terribilis in conſiliis ſuper filios hominum.
Qui convertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede : ibi lætabimur in ipſo.
Qui dominatur in virtute ſua in æternum, oculi ejus ſuper gentes reſpiciunt : qui exaſperant, non exaltentur in ſemetipſis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Benedicite gentes Deum noſtrum : & auditam facite vocem laudis ejus.

Qui poſuit animam meam ad vitam : & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probaſti nos Deus : igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum.

Induxiſti nos in laqueum , poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro : impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.

Tranſivimus per ignem & aquam : & eduxiſti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocauſtis : reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.

Et locutum eſt os meum : in tribulatione (mea.

Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offerã tibi boves cum hircis.

Venite , audite , & narrabo, omnes qui timetis Deum : quanta fecit animæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamavi : & exaltavi ſub lingua mea.

Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo : non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus : & attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus: qui non amovit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.

Glo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gloria Patri, & Filio, *&c.* *Pſalmus* 80.

EXultate Deo adjutori noſtro : jubilate Deo Iacob.

Sumite pſalmum , & date tympanum: pſalterium jucundum cum cythara.

Buccinate in neomenia tuba : in inſigni die ſolemnitatis veſtræ.

Quia præceptum in Iſraël eſt : & judicium Deo Iacob.

Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud, cum exiret de terra Ægypti : linguam, quam non noverat, audivit.

Divertit ab oneribus dorſum ejus : manus ejus in cophino ſervierunt.

In tribulatione invocaſti me , & liberavi te : exaudivi te in abſcondito tempeſtatis, probavi te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus , & conteſtabor te : Iſraël ſi audieris me , non erit in te Deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim ſum Dominus Deus tuus , qui eduxi te de terra Ægypti : dilata os tuum, & implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam : & Iſraël non intendit mihi.

Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum : ibunt in adinventionibus ſuis.

Si po-

Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet.

Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem: & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.

Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tempus eorum in ſæcula.

Et cibavit eos ex adipe frumenti: &, de petra, melle ſaturavit eos.

Gloria Patri &c.

*Pſalmus 95.*

CAntate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annunciate de die in diem ſalutare ejus.

Annunciate inter gentes gloriam ejus: in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus: ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hoſtias, & introite in atria ejus: adorate Dominum in atrio ſancto ejus.

Commoveatur à facie ejus univerſa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, & exultet terra; commoveatur mare, & plenitudo ejus: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſilvarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate ſua.

Gloria Patri, *&c.* *Pſalmus* 99.

IVbilate Deo omnis terra: ſervite Domino in lætitia.

Introite in conſpectu ejus: in exultatione.

Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus ejus, & oves paſcuæ ejus: introite portas ejus in confeſſione, atria ejus in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen ejus, quoniam ſuavis eſt Dn̄s, in æternum miſericordia ejus: & uſque in generationem & generationē veritas ejus.

Gloria Patri, &c. *Pſalmus* 102.

BEnedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me ſunt, nomini ſancto ejus.

Benedic anima mea Domino: & noli oblivíſci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.

Qui replet in bonis deſiderium tuum: renovabitur, ut aquilæ, juventus tua.

Faciens miſericordias Dominus: & judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias ſuas Moyſi: filiis Iſraël voluntates ſuas.

Miſerator & miſericors Dominus: longanimis & multum miſericors.

Non in perpetuum iraſcetur: neque in æternum comminabitur.

Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.

Quoniam ſecundum altitudinem cæli à terra: corroboravit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantum diſtat ortus ab occidente: longe fecit à nobis iniquitates noſtras.

Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe : quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum.

Recordatus eſt, quoniam pulvis ſumus: homo ſicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri ſic efflorebit.

Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locum ſuum.

Miſericordia autem Domini ab æterno: & uſque in æternum ſuper timentes eum.

Et juſtitia illius in filios filiorum: his qui ſervant teſtamentum ejus.

Et memores ſunt mandatorum ipſius: ad faciendum ea.

Dominus in cælo paravit ſedem ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus: potentes virtute: facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus: miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus: in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

Gloria Patri, *&c.*

*Pſalmus* 116.

LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri *&c.*

*Pſalmus.* Laudate Dominum de cælis; *cum duobus ſequentibus; ut ſupra.* Pag. 292. *Canticum, Dan.* 3.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite ſol & luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æſtus Domino: benedicite frigus & æſtus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes & colles Domino: benedicite univerſa germinantia in terra Dño.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Iſraël Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite ſervi Domini Domino.

Benedicite ſpiritus & animæ juſtorum Domino: benedicite ſancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael, Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu: laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cæli: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus, in ſæcula.

*Canticum.* Benedictus Dñs Deus Iſraël. *ut ſup.* *Pag. 295.*

*Hæc autem prædicta, prout longitudo itineris poſtulaverit, vel omnia vel ex parte cantari poſſunt. Deinde in Eccleſia, ubi fit ſtatio, ante altare dicuntur ſequentes Verſus & Orationes. Verſ.* Benedictus es, Domine Deus patrum noſtrorum. *Reſp.* Et laudabilis & glorioſus in ſæcula. *Verſ.* Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu. *Reſp.* Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula. *Verſ.* Benedictus es Domine Deus in firmamento cæli. *Reſp.* Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula. *Verſ.* Benedic anima mea Domino. *Reſp.* Et noli oblviſci omnes retributiones ejus. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus: piiſſimæ majeſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus; tuam ſemper clementiam exorantes, ut, qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens ad præmia futura diſponas.

*Oratio.*

DEus, qui corda fidelium, ſancti Spiritus illuſtratione, docuiſti; da nobis, in

eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

*Oratio.*

DEus, qui neminem, in te ſperantem, nimium affligi permittis, ſed pium precibus præſtas auditum: pro poſtulationibus noſtris votiſque ſuſceptis gratias agimus; te piiſſime deprecantes, ut à cunctis ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, *&c.*

## De Proceſſione in Tranſlatione ſacrarum Reliquiarum inſignium.

*ECcleſia, & viæ per quas tranſeundum eſt, quàm fieri poteſt, decentius ornentur. Sacerdotes & Miniſtri, veſtibus induti, albi vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiæ transferuntur, expoſcunt; & cum luminaribus accenſis, omnes procedant, decantantes Litanias, cum invocatione Sanctorum quorum Reliquiæ deferuntur, & Hymnum,* Te Deum *&c.* *Pag.* 515.
*& Pſalmum,* Laudate Dominum de cælis, *cum duobus ſeqq. ut ſupra. & alios Pſalmos &* *Pag.* 292.
*Hymnos de proprio, vel de communi eorum Sanctorum, quorum Reliquiæ transferuntur.*

# DE EXORCIZANDIS OBSESSIS A DÆMONIO.

*SAcerdos, ſeu quivis alius legitimus Eccleſiæ miniſter, vexatos à Dæmone exorcizaturus, ea qua par eſt pietate, prudentia, ac vitæ integritate, præditus eſſe debet; qui, non ſua ſed divina fretus virtute, ab omni rerum humanarum cupiditate alienus, tam pium opus ex charitate conſtanter & humiliter exequatur. Hunc præterea maturæ ætatis eſſe decet, & non ſolum officio, ſed etiam morum gravitate, reverendum.*

*Vt igitur ſuo munere recte fungatur; cùm alia multa ſibi utilia documenta, quæ brevitatis gratiâ hoc loco prætermittuntur, ex probatis autoribus, & ex uſu, noſſe ſtudeat; tum hæc pauca magis neceſſaria diligenter obſervabit.*

*In primis, ne facile credat, aliquem à Dæmone obſeſſum eſſe; ſed nota habeat ea ſigna, quibus obſeſſus dignoſcitur ab iis, qui vel atra bile vel morbo aliquo laborant. Signa autem obſidentis Dæmonis ſunt: ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere; diſtantia & occulta patefacere; vires ſupra ætatis ſeu conditionis naturam oſtendere; & id genus alia; quæ, cum plurima concurrunt, majora ſunt indicia.*

*Hæc autem ut magis cognoſcat, poſt unum aut alterum exorciſmum interroget obſeſſum, quid ſenſerit in animo vel in corpore; quò ſciat etiam, ad quænam verba magis diaboli conturbentur; ut ea deinceps magis inculcet ac repetat.*

*Advertat, quibus artibus ac deceptionibus utantur Dæmones ad* Exorciſtam *decipiendum: ſolent enim ut plurimum fallaciter reſpondere, & difficile ſe manifeſtare, ut* Exorciſta*, diu defatigatus, deſiſtat, aut infirmus videatur non eſſe à dæmonio vexatus. Ali-*

*quando, poſtquam ſunt manifeſti, abſcondunt ſe, & relinquunt corpus quaſi liberum ab omni moleſtia, ut infirmus putet, ſe omnino eſſe liberatum: ſed ceſſare non debet* Exorciſta, *donec viderit ſigna liberationis. Aliquando etiam dæmones ponunt, quæcunque poſſunt, impedimenta, ne infirmus ſe ſubjiciat exorciſmis; vel conantur perſuadere, infirmitatem eſſe naturalem: interdum in medio exorciſmi faciunt dormire infirmum, & ei viſionem aliquam oſtendunt, ſubtrahendo ſe, ut infirmus liberatus videatur. Aliqui oſtendunt, factum maleficium, & à quibus ſit factum, & modum ad illud diſſipandum; ſed caveat, ne ob hoc ad magos, vel ad ſagas, vel ad alios quam ad* Eccleſiæ *magiſtros, confugiat, aut ulla ſuperſtitione aut alio modo illicito utatur. Quandoque diabolus, infirmum quieſcere, & ſuſcipere ſanctiſſimam* Euchariſtiam, *permittit, ut diſceſſiſſe videatur. Denique, innumerabiles ſunt artes & fraudes diaboli ad decipiendum hominem; quibus ne fallatur,* Exorciſta *cautus eſſe debet.*

*Quare memor,* Dominum *noſtrum dixiſſe, genus eſſe dæmoniorum quod non ejicitur niſi per orationem & jejunium, hæc duo potiſſimum remedia, ad impetrandum divinum auxilium dæmonesque pellendos, exemplo ſanctorum* Patrum, *quoad ejus fieri poterit, tum per ſe tum per alios curet adhiberi.*

*In* Eccleſiam, *ſi commode fieri poteſt, vel in alium religioſum & honeſtum locum, ſeorſum à multitudine, perductus energumenus, exorcizetur; ſed, ſi fuerit ægrotus, vel perſona nobilis, vel alia honeſta de cauſa, in domo privata exorcizari poterit.*

*Admoneatur obſeſſus, ſi mente vel corpore valet, ut pro ſe oret* Deum, *ac jejunet, & ſacra confeſſione & communione ſæpius ad arbitrium* Sacerdotis *ſe communiat; &, dum exorcizatur, totum ſe colligat, & ad* Deum *convertat; ac firma fide ſalutem ab eo depoſcat, cum omni humilitate. Et, cum vehementius vexatur, patienter ſuſtineat, nihil diffidens de auxilio* Dei. *Habeat præ manibus, vel in conſpectu,* Crucifixum. *Reliquiæ quoque* Sanctorum,

*ubi haberi poſſint, decenter ac tutò colligatæ & copertæ, ad pectus vel ad caput obſeſſi reverenter admoveantur: ſed caveatur, ne res ſacræ indignè tractentur, aut illis à dæmone ulla fiat injuria. Sanctiſſima verò Euchariſtia, ſuper caput obſeſſi, aut aliter ejus corpori, non admoveatur, ob irreverentiæ periculum.*

*Exorciſta ne vagetur in multiloquio, aut ſupervacaneis vel curioſis interrogationibus, præſertim de rebus futuris & occultis, ad ſuum munus non pertinentibus; ſed jubeat immundum ſpiritum tacere, & ad interrogata tantum reſpondere: neque ei credatur, ſi dæmon ſimularet, ſe eſſe animam alicujus Sancti vel defuncti, vel Angelum bonum.*

*Neceſſariæ verò interrogationes ſunt, de numero & nomine ſpirituum obſidentium, de tempore quo ingreſſi ſunt, de cauſſa, & aliis hujuſmodi. Cæteras autem dæmonis nugas, riſus, & ineptias Exorciſta cohibeat, aut contemnat; & circumſtantes, qui pauci eſſe debent, admoneat, ne hæc curent, neque ipſi interrogent obſeſſum; ſed potius humiliter & enixè Deum pro eo precentur.*

*Exorciſmos verò faciat ac legat cum imperio & autoritate, magna fide & humilitate atque fervore: &, cum viderit, ſpiritum valde torqueri, tunc magis inſtet & urgeat; &, quoties viderit, obſeſſum in aliqua corporis parte commoveri aut pungi, aut tumorem alicubi apparere, ibi faciat ſignum Crucis, & aquâ benedictâ aſpergat; quam, exorcizando, in promptu habeat.*

*Obſervet etiam, ad quæ verba dæmones magis contremiſcant; & ea ſæpius repetat: &, quando pervenerit ad comminationem, eam iterum & ſæpius proferat, ſemper pœnam augendo; ac, ſi videat, ſe proficere, in ipſa perſeveret per duas, tres, quatuor horas & amplius, prout poterit, donec victoriam conſequatur.*

*Caveat proinde Exorciſta, ne ullam medicinam infirmo vel obſeſſo præbeat aut ſuadeat; ſed hanc curam medicis relinquat.*

*Mulierem exorcizans, ſemper ſecum habeat honeſtas perſonas, quæ obſeſſam teneant, dum exagitatur à dæmonio: quæ quidem*

*perſonæ*

*perſonæ ſint patienti, ſi fieri poteſt, cognatione proximæ: atque honeſtatis memor Exorciſta caveat, ne quid dicat vel faciat, quod ſibi aut aliis occaſio eſſe poſſit pravæ cogitationis.*

*Dum exorcizat, utatur ſacræ Scripturæ verbis potius, quam ſuis aut alienis: jubeatque dæmonem dicere, an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam, aut malefica ſigna vel inſtrumenta; quæ, ſi obſeſſus ore ſumpſerit, evomat; vel, ſi alibi extra corpus fuerint, ea revelata & inventa comburantur. Moneatur etiam obſeſſus, ut tentationes ſuas omnes Exorciſtæ patefaciat.*

*Si verò obſeſſus liberatus fuerit, moneatur, ut diligenter ſibi caveat à peccatis, ne occaſionem dæmoni præbeat in ipſum revertendi, ne fiant noviſſima hominis illius pejora prioribus.*

*Itaque Sacerdos ſive alius Exorciſta, rite confeſſus, aut ſaltem corde peccata ſua deteſtans, peracto, ſi commode fieri poteſt, ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio, divinoque auxilio piis precibus implorato, ſuperpelliceo & ſtolâ violaceâ, cujus extrema pars ad obſeſſi collum circumponatur, indutus, & coram ſe habens obſeſſum ligatum, ſi fuerit periculum; eum, ſe, & aſtantes communiat ſigno Crucis, & aſpergat aquâ benedictâ; &, genibus flexis, aliis reſpondentibus, dicat Litanias ordinarias, uſque ad preces excluſive. In fine, Antiphona:* Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris. Pater noſter *&c.* Pag. 156.

*Verſ.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo.

*Pſalmus.* 53.

DEus,in nomine tuo ſalvum me fac: & in virtute tua judica me.

Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. Gloria *&c.*

*Verſ.* Salvum fac ſervum tuum. *Reſp.* Deus meus ſperantem in te. *Verſ.* Eſto ei Domine turris fortitudinis. *Reſp.* A facie inimici. *Verſ.* Nihil proficiat inimicus in eo. *Reſp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. *Verſ.* Mitte ei Domine auxilium de ſancto. *Reſp.* Et de Sion tuere eum. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dñs vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere; ſuſcipe deprecationem noſtram, ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam,) quem (quam) delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat. *Oratio.*

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui illum refugam tyrannum & apoſtatam gehennæ ignibus deputaſti, quique Unigenitum tuum in hunc mundum miſiſti, ut illum rugientem contereret; velociter attende, accelera, ut eripias hominem, ad imaginem & ſimilitudinem tuam creatum, à ruina & dæmonio meridiano. Da, Domine, terrorem tuum ſuper beſtiam, quæ exterminat vineam tuam. Da fiduciam ſervis tuis, contra nequiſſimum draconem pugnare fortiſſime, ne contemnat ſperantes in te, & ne dicat, ſicut in Pharaone, qui jam dixit, Deum non novi, nec Iſraël dimitto. Urgeat illum dextera tua potens, diſcedere à famulo tuo *N.* (à famula tua *N.*) ✠, ne diutius præſumat captivum tenere, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es, & in Filio tuo redemiſti. Qui tecum vivit & regnat, *&c. Reſp.* Amen.

*Deinde præcipiat dæmoni hunc in modum:*

PRæcipio tibi, quicunque es, ſpiritus immunde, & omnibus ſociis tuis, hunc Dei famulum obſidentibus, ut, per myſteria Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, per miſſionem Spiritus ſancti, & per adventum ejuſdem Domini noſtri ad judicium, dicas mihi nomen tuum, diem & horam exitus tui cum aliquo ſigno; &, ut mihi, Dei miniſtro, licet indigno, prorſus in omnibus obedias, neque hanc creaturam Dei, vel circumſtantes, aut eorum bona, ullo modo offendas.

*Deinde legantur ſuper obſeſſum hæc Euangelia, vel unum aut alterum.* Lectio ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. *Hæc dicens, ſignat ſe, & obſeſſum, in fronte, ore, & pectore.* In principio erat Verbum, *&c. ut ſupra.* *Pag. 486.*

Lectio ſancti Euangelii ſecundum Marcum.

*Marc. 16.* IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Euntes in mundum univerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquen-

tur novis; ſerpentes tollent ; & , ſi mortiferum quid biberint , non eis nocebit ; ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.

Lectio ſancti Euangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore : Reverſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio , dicentes ad Ieſum : Domine , etiam dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis : Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones , & ſuper omnem virtutem inimici ; & nihil vobis nocebit : verumtamen in hoc nolite gaudere , quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur : gaudete autem , quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. *Luc. 10.*

Lectio ſancti Euangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore : Erat Ieſus ejiciens dæmonium; & illud erat mutum: &, cum ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus ; & admiratæ ſunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt : In Beelzebub , principe dæmoniorum, ejicit dæmonia: & alii, tentantes, ſignum de cælo quærebant ab eo. Ipſe autem, ut vidit cogitationes eorum, dixit eis : Omne regnum , in ſeipſum diviſum , deſolabitur ; & *Luc. 11.*

domus

domus ſupra domum cadet. Si autem & Satanas in ſe ipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus? quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt? ideo ipſi judices veſtri erunt. Porro, ſi in digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet; ſi autem fortior eo, ſuperveniens, vicerit eum, univerſa arma ejus auferet in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens Domine, Verbum Dei Patris, Chriſte Ieſu, Deus & Dominus univerſæ creaturæ, qui ſanctis Apoſtolis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones; qui inter cætera mirabilium tuorum præcepta dignatus es dicere: Dæmones effugate; cujus virtute motus, tamquam fulgur de cælo, ſatanas cecidit: tuum ſanctum nomen cum timore & tremore ſuppliciter deprecor, ut indigniſſimo mihi ſervo tuo, data venia omnium delictorum meo-

rum, conſtantem fidem & poteſtatem donare digneris: ut hunc crudelem dæmonem, brachii tui ſancti munitus potentiâ, fidenter & ſecurus aggrediar, per te, Ieſu Chriſte, Domine Deus noſter, qui venturus es judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Deinde muniens ſe, & obſeſſum, ſigno Crucis, circumpoſitâ parte ſtolæ ad collum ejus, & dexterâ manu ſuâ capiti ejus impoſitâ; conſtanter, & magna cum fide, dicat ea quæ ſequuntur. Verſ.* Ecce Crucem Domini, fugite partes adverſæ. *Reſp.* Vicit leo de tribu Iuda, radix David. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti; invoco nomen ſanctum tuum, & clementiam tuam ſupplex expoſco; ut, adverſus hunc & omnem immundum ſpiritum, qui vexat hoc plaſma tuum, mihi auxilium præſtare digneris. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## E X O R C I S M V S.

EXorcizo te, immundiſſime ſpiritus, omnis incurſio adverſarii, omne phantaſma, omnis legio; in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ✠ eradicare & effugare ab hoc plaſmate Dei ✠. Ipſe tibi imperat, qui te de ſupernis cælorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipſe tibi imperat, qui mari, ventis, & tempeſtatibus imperavit. Audi ergo & time, Satana; inimice fidei, hoſtis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, juſtitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, ſeductor hominum, proditor gentium, incitator invidiæ, origo avaritiæ, cauſa diſcordiæ, excitator dolorum: quid ſtas & reſiſtis, cum ſcias, Chriſtum Dominum vires tuas perdere? illum metue, qui in Iſaac immolatus eſt, in Ioſeph venundatus, in agno occiſus, in homine crucifixus, deinde Inferni triumphator fuit. *Sequentes Cruces fiant in fronte obſeſſi:* Recede ergo in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ſancti ✠, & da locum Spiritui ſancto, per hoc ſignum ✠ Crucis Ieſu Chriſti Domini noſtri. Qui cum Patre, & eodem Spiritu ſancto, vivit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor

meus

meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, conditor & defenſor generis humani, qui hominem ad imaginem tuam formaſti; reſpice ſuper hunc famulum tuum *N.* (hanc famulam tuam *N.*) qui (quæ) dolis immundi ſpiritus appetitur, quem (quam) vetus adverſarius, antiquus hoſtis terræ, formidinis horrore circumvolat, & ſenſum mentis humanæ ſtupore defigit, terrore conturbat, & metu trepidi timoris exagitat. Repelle, Domine, virtutem diaboli, fallaceſque ejus inſidias amove: procul impius tentator aufugiat: ſit nominis tui ſigno ✠ *(in fronte)* famulus tuus munitus, (famula tua munita,) & in anima tutus (tuta) & corpore.

*Tres Cruces ſequentes fiant in pectore dæmoniaci.* Tu pectoris ✠ hujus interna cuſtodias. Tu viſcera ✠ regas. Tu ✠ cor confirmes. In anima adverſatricis poteſtatis tentamenta evaneſcant. Da, Domine, ad hanc invocationem ſanctiſſimi nominis tui, gratiam, ut, qui huc uſque terrebat, territus aufugiat & victus abſcedat, tibique poſſit hic famulus tuus (hæc famula tua) & corde firmatus (firmata) & mente ſincerus (ſincera) debitum præbere famu-

latum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum *&c.* *Reſp.* Amen.

EXORCISMUS.

ADjuro te, Serpens antique, per judicem vivorum & mortuorum, per factorem tuum, per factorem mundi, per eum qui habet poteſtatem mittendi te in gehennam; ut ab hoc famulo (hac famula) Dei *N.* qui (quæ) ad Eccleſiæ ſinum recurrit, cum metu & exercitu furoris tui feſtinus diſcedas. Adjuro te iterum ✠ *(in fronte,)* non mea infirmitate ſed virtute Spiritus ſancti, ut exeas ab hoc famulo Deo *N.* quem (ab hac famula Dei *N.* quam) omnipotens Deus ad imaginem ſuam fecit. Cede igitur, cede non mihi ſed miniſtro Chriſti. Illius enim te urget poteſtas, qui te Cruci ſuæ ſubjugavit. Illius brachium contremiſce, qui, devictis gemitibus inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis ✠ *(in pectore;)* ſit tibi formido imago Dei ✠, *(in fronte.)* Non reſiſtas, nec moreris diſcedere ab homine iſto; quoniam complacuit Chriſto, in homine habitare. Et ne contemnendum putes, dum me peccatorem nimis eſſe cognoſcis. Imperat tibi Deus ✠. Imperat tibi Majeſtas Chriſti ✠. Imperat tibi Deus Pater ✠. Imperat tibi Deus Filius ✠.

Imperat tibi Deus Spiritus ſanctus ✠. Imperat tibi Sacramentum Crucis ✠. Imperat tibi fides Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli & cæterorum Sanctorum ✠. Imperat tibi Martyrum ſanguis ✠. Imperat tibi continentia Confeſſorum ✠. Imperat tibi pia Sanctorum & Sanctarum omnium interceſſio ✠. Imperat tibi Chriſtianæ fidei myſteriorum virtus ✠. Exi ergo, tranſgreſſor; exi ſeductor, plene omni dolo & fallaciâ, virtutis inimice, innocentium perſecutor. Da locum, diriſſime, da locum impiiſſime, da locum Chriſto, in quo nihil inveniſti de operibus tuis; qui te ſpoliavit, qui regnum tuum deſtruxit, qui te victum ligavit & vaſa tua diripuit, qui te projecit in tenebras exteriores, ubi tibi cum miniſtris tuis erit præparatus interitus. Sed quid, truculente, reniteris? quid, temerarie, detrectas? Reus es omnipotenti Deo, cujus ſtatuta tranſgreſſus es. Reus es Filio ejus Ieſu Chriſto Dño noſtro, quem tentare auſus es, & crucifigere præſumpſiſti. Reus es humano generi, cui, tuis perſuaſionibus, mortis venenum propinaſti.

Adjuro ergo te, draco nequiſſime, in nomine Agni ✠ immaculati, qui ambulavit ſuper aſpidem & baſiliſcum, qui conculcavit leonem & draconem; ut diſcedas ab hoc ho-

mine ✠ (*fiat in fronte,*) diſcedas ab Eccleſia Dei ✠, (*fiat ſignum Crucis ſuper circumſtantes.*) Contremiſce & effuge, invocato nomine Domini illius, quem inferi tremunt, cui virtutes cælorum & Poteſtates & Dominationes ſubjectæ ſunt; quem Cherubim & Seraphim indefeſſis vocibus laudant, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Verbum ✠ Caro factum. Imperat tibi natus ✠ ex Virgine. Imperat tibi Ieſus ✠ Nazarenus, qui te, cum diſcipulos ejus contemneres, eliſum atque poſtratum, exire præcepit ab homine; quo præſente, cum te ab homine ſeparaſſet, nec porcorum gregem ingredi præſumebas. Recede ergo nunc, adjuratus in nomine ✠ ejus, ab homine, quem ipſe plaſmavit. Durum eſt tibi, velle reſiſtere ✠. Durum eſt tibi, contra ſtimulum calcitrare ✠. Quia, quanto tardius exis, tanto magis tibi ſupplicium creſcit; quia non homines contemnis, ſed illum qui dominatur vivorum & mortuorum; qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

## Oremus.

DEus cæli,Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus qui poteſtatem habes donare vitam poſt mortem, requiem poſt laborem; quia non eſt alius Deus præter te, nec eſſe poterit verus, niſi tu, creator cæli & terræ, qui verus Rex es, & cujus Regni non erit finis: humiliter majeſtati gloriæ tuæ ſupplico, ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) de immundis ſpiritibus liberare digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

## EXORCISMVS.

ADjuro ergo te, omnis immundiſſime ſpiritus, omne phantaſma, omnis incurſio Satanæ, in nomine Ieſu Chriſti ✠ Nazareni, qui poſt lavacrum Iordanis in deſertum ductus eſt, & te in tuis ſedibus vicit; ut, quem ille de limo terræ ad honorem gloriæ ſuæ formavit, tu deſinas impugnare, &, in homine miſerabili, non humanam fragilitatem, ſed imaginem omnipotentis Dei contremiſcas. Cede ergo Deo ✠, qui te & malitiam tuam in Pharaone & in exercitu ejus, per Moyſen ſervum ſuum, in abyſſum demerſit. Cede



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deo ✠, qui te,per fideliſſimum ſervum ſuum David , de Rege Saule , ſpiritualibus canticis pulſum , fugavit. Cede Deo ✠, qui te in Iuda Iſcariote proditore damnavit. Ille enim te divinis ✠ verberibus tangit,in cujus conſpectu cum tuis legionibus tremens & clamans dixiſti : Quid nobis & tibi , Ieſu , Fili Dei altiſſimi ? veniſti huc ante tempus torquere nos ? Ille te perpetuis flammis urget, qui in fine temporum dicturus eſt impiis : Diſcedite à me,maledicti,in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Tibi enim, impie,& angelis tuis, vermes erunt,qui nunquam morientur. Tibi , & angelis tuis, inextinguibile præparatur incendium ; quia tu es princeps maledicti homicidii ; tu autor inceſtus ; tu ſacrilegiorum caput ; tu actionum peſſimarum magiſter ; tu hæreticorum doctor ; tu totius obſcœnitatis inventor. Exi ergo ✠ impie ; exi ✠ ſcelerate ; exi cum omni fallacia tua ; quia hominem templum ſuum eſſe voluit Deus. Sed quid diutius moraris hic? Da honorem Deo Patri omnipotenti ✠, cui omne genu flectitur. Da locum Domino Ieſu Chriſto ✠,qui pro homine Sanguinem ſuum ſacratiſſimum fudit. Da locum Spiritui ✠ ſancto, qui,per beatum Apoſtolum ſuum Pe-

trum,

trum, te manifeſte ſtravit in Simone mago; qui fallaciam tuam in Anania & Saphira condemnavit; qui te in Herode Rege, honorem Deo non dante, percuſſit; qui te in mago Elima, per Apoſtolum ſuum Paulum, cæcitatis caligine perdidit, & per eundem de Pythoniſſa, verbo imperans, exire præcepit. Diſcede ergo nunc ✠, diſcede ✠, ſeductor. Tibi eremus ſedes eſt: tibi habitatio ſerpens eſt: humiliare, & proſternere. Iam non eſt differendi tempus. Ecce enim, Dominator Dominus proximat cito; & ignis ardebit ante ipſum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Si enim hominem fefelleris, Deum non poteris irridere. Ille te ejicit, cujus oculis nihil occultum eſt. Ille te expellit, cujus virtuti univerſa ſubjecta ſunt. Ille te excludit, qui tibi & angelis tuis præparavit æternam gehennam; de cujus ore exibit gladius acutus; qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *Reſp.* Amen.

*Prædicta omnia, quatenus opus fuerit, repeti poſſunt, donec obſeſſus ſit omnino liberatus. Iuvabit præterea plurimum, hæc, quæ infra notantur, ſuper obſeſſum devote dicere, ſæpeque repetere.*

Pater noſter, *&c.* Ave Maria, *&c.* Credo, *&c.*

Magnificat anima mea Dominum, *&c. ut ſupra. In fine,* Gloria Patri, *&c.*

Pag. 245.

*Canticum :* Benedictus Dominus Deus Iſraël, *ut ſupra. In fine,* Gloria Patri, *&c.*

Pag. 295.

*Symbolum ſancti Athanaſii.*

Qvicunque vult ſalvus eſſe : ante omnia opus eſt ut teneat catholicam fidem.

Quam niſi quiſque integram inviolatamque ſervaverit : abſque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc eſt , ut unum Deum in Trinitate: & Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes perſonas : neque ſubſtantiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſona Patris, alia Filii: alia Spiritus ſancti.

Sed Patris,& Filii,& Spiritus ſancti,una eſt divinitas : æqualis gloria, coæterna majeſtas.

Qualis Pater,talis Filius: talis Spiritus ſanctus.

Increatus Pater,increatus Filius : increatus Spiritus ſanctus.

Immenſus Pater,immenſus Filius : immenſus Spiritus ſanctus.

Æternus Pater , æternus Filius : æternus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres æterni:ſed unus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immenſi: ſed unus increatus, & unus immenſus.

Similiter, omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: ſed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres Dii: ſed unus eſt Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius: Dominus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres Domini: ſed unus Dominus.

Quia, ſicut ſingillatim unamquamque perſonam Deum ac Dominum confiteri Chriſtiana veritate compellimur: ita, tres Deos aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater à nullo eſt factus: nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre ſolo eſt: non factus, nec creatus, ſed genitus.

Spiritus ſanctus à Patre, & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres Patres; unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil majus aut minus: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales.

Ita ut per omnia, ſicut jam ſupra dictum eſt, & unitas in Trinitate: & Trinitas in unitate veneranda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe: ita de Trinitate ſentiat.

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: ut incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut credamus & confiteamur: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei Filius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus: & homo eſt ex ſubſtantia matris in ſæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri ſecundum divinitatem: minor Patre ſecundum humanitatem.

Qui licet Deus ſit & homo: non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

Vnus autem, non converſione divinitatis in carnē: ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino, non confuſione ſubſtantiæ: ſed unitate perſonæ.

Nam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nam, ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo: ita Deus & homo unus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: & reddituri ſunt de factis propriis rationem.

Et, qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum.

Hæc eſt fides catholica: quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.

Gloria Patri, *&c.*

*Pſal.* Qui habitat in adjutorio *&c. ut ſupra.* *Pag. 186.*

*Pſalmus 67.*

EXurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus.

Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.

Et juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cantate Deo, pſalmum dicite nomini ejus: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum; Dominus nomen illi.

Exultate in conſpectu ejus: turbabuntur à facie ejus, patris orphanorum, & judicis viduarum.

Deus in loco ſancto ſuo: Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

Deus, cum egredereris in conſpectu populi tui: cum pertranſires in deſerto.

Terra mota eſt; etenim cæli diſtillaverunt à facie Dei Sinai: à facie Dei Iſraël.

Pluviam voluntariam ſegregabis, Deus, hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu vero perfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: & ſpeciei domus dividere ſpolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & poſteriora dorſi ejus in pallore auri.

Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam: nive dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis.

Mons

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons coagulatus, mons pinguis : ut quid ſuſpicamini montes coagulatos ?

Mons,in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium : Dominus in eis in Sina in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem : accepiſti dona in hominibus.

Etenim non credentes : inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

Deus noſter, Deus ſalvos faciendi : & Domini Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum : verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.

Dixit Dominus,Ex Baſan convertam:convertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos, Deus : ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.

Prævenerunt principes conjuncti pſallentibus: in medio juvencularũ tympaniſtriarum.

In

In eccleſiis benedicite Deo Domino: de fontibus Iſraël.

Ibi Benjamin adoleſcentulus: in mentis exceſſu.

Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Ieruſalem: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: út excludant eos, qui probati ſunt argento.

Diſſipa gentes, quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantate Deo: pſallite Domino.

Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli: ad orientem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, date gloriam Deo ſuper Iſraël: magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël, ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus Deus. Gloria Patri, *&c.*

*Pſal.* Deus in adjutorium meum intende, *&c. ut ſupra.* Pag. 161.

*Pſal.* Deus, in nomine tuo ſalvum me fac, *&c. ut ſupra.* Pag. 532.

*Pſal.* Confitemini Domino, quoniam bonus, *&c. ut ſupra.* Pag. 214.

*Pſalmus* 34.

IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adjutorium mihi.

Effunde frameam, & conclude adverſus eos qui perſequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.

Confundantur & revereantur: quærentes animam meam.

Avertantur retrorſum, & confundantur: cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos.

Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini perſequens eos.

Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſupervacue exprobraverunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat: & captio quam abſcondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipſum.

Anima autem mea exultabit in Domino:

& delectabitur ſuper ſalutari ſuo.

Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi?

Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum & pauperem à diripientibus eum.

Surgentes teſtes iniqui: quæ ignorabam, interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ.

Ego autem, cum mihi moleſti eſſent: induebar cilicio.

Humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo convertetur.

Quaſi proximum & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam: quaſi lugens & contriſtatus, ſic humiliabar.

Et adverſum me lætati ſunt, & convenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi.

Diſſipati ſunt, nec compuncti; tentaverunt me, ſubſannaverunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.

Domine, quando reſpicies? reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam.

Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo gravi laudabo te.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non ſupergaudeant mihi qui adverſantur mihi inique : qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur : &, in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilataverunt ſuper me os ſuum : dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi noſtri.

Vidiſti Domine, ne ſileas : Domine, ne diſcedas à me.

Exurge, & intende judicio meo : Deus meus, & Dominus meus, in cauſam meam.

Iudica me ſecundum juſtitiam tuam, Domine Deus meus : & non ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus ſuis, Euge, euge, animæ noſtræ : nec dicant, Devoravimus eum.

Erubeſcant & revereantur ſimul : qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſione & reverentia : qui magna loquuntur ſuper me.

Exultent & lætentur, qui volunt juſtitiam meam : & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſervi ejus.

Et lingua mea meditabitur juſtitiam tuam: tota die laudem tuam. Gloria Patri, *&c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pſalmus* 30.

IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum: in juſtitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera ut eruas me.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii: ut ſalvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis.

Odiſti obſervantes vanitates: ſupervacue.

Ego autem in Domino ſperavi: exultabo, & lætabor in miſericordia tua.

Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſalvaſti de neceſſitatibus animam meam.

Nec concluſiſti me in manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.

Miſerere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Infirmata eſt in paupertate virtus mea: & oſſa mea conturbata ſunt.

Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium, & vicinis meis valde: & timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt à me: oblivioni datus ſum tamquam mortuus à corde.

Factus ſum tamquam vas perditum: quoniam audivi vituperationem multorum, commorantium in circuitu.

In eo dum convenirent ſimul adverſum me: accipere animam meam conſiliati ſunt.

Ego autem in te ſperavi Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum: & à perſequentibus me.

Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum, ſalvum me fac in miſericordia tua: Domine non confundar, quoniam invocavi te.

Erubeſcant impii, & deducantur in infernum: muta fiant labia doloſa.

Quæ loquuntur adverſus juſtum iniquitatem: in ſuperbia, & in abuſione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quam abſcondiſti timentibus te!

Perfeciſti eis, qui ſperant in te: in cónſpectu filiorum hominum.

Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ: à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo: à contradictione linguarum.

Benedictus Dominus: quoniam mirificavit miſericordiam ſuam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: Projectus ſum à facie oculorum tuorum.

Ideo exaudiſti vocem orationis meæ: dum clamarem ad te.

Diligite Dominum, omnes ſancti ejus: quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.

Viriliter agite,& confortetur cor veſtrum: omnes qui ſperatis in Domino.

Gloria Patri *&c.*

*Pſalmus* 21.

DEus Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti? longe à ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: & nocte,& non ad inſipientiam mihi.

Tu autem in ſancto habitas: laus Iſraël.

In te ſperaverunt patres noſtri: ſperaverunt, & liberaſti eos.

Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt: in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes, videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus ſum ex utero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne diſceſſeris à me.

Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.

Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua, effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens: in medio ventris mei.

Aruit, tamquam teſta, virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: & in pulverem mortis deduxiſti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: dinu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dinumeraverunt omnia oſſa mea.

Ipſi vero conſideraverunt, & inſpexerunt me: diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me: ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis: & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: univerſum ſemen Iacob glorificate eum.

Timeat eum omne ſemen Iſraël: quoniam non ſprevit neque deſpexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem ſuam à me: & cum clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum.

Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum: vivent corda eorum in ſæculum ſæculi.

Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum: univerſi fines terræ.

Et adorabunt in conſpectu ejus: univerſæ familiæ gentium.

Quoniam Domini eſt regnum: & ipſe dominabitur gentium.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ: in conſpectu ejus cadent omnes, qui deſcendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: & ſemen meum ſerviet ipſi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annuntiabunt cæli juſtitiam ejus, populo qui naſcetur, quem fecit Dominus. Gloria Patri.

*Pſalmus* 3.

DOmine, quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgunt adverſum me.

Multi dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem, Domine, ſuſceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: & exaudivit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormivi, & ſoporatus ſum: & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, ſalvum me fac Deus meus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriviſti.

Domini eſt ſalus: & ſuper populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri.

*Pſalmus* 10.

IN Domino confido; quomodo dicitis animæ meæ : Tranſmigra in montem ſicut paſſer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra: ut ſagittent in obſcuro rectos corde.

Quoniam, quæ perfeciſti, deſtruxerunt : juſtus autem quid fecit?

Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in cælo ſedes ejus.

Oculi ejus in pauperem reſpiciunt: palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat juſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

Pluet ſuper peccatores laqueos : ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniam juſtus Dominus, & juſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus ejus. Gloria.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pſalmus* 12.

VSquequo Dñe oblivifceris me in finem? uſquequo avertis faciem tuam à me?

Quamdiu ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice & exaudi me, Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, Prævalui adverſus eum.

Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperavi.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini Domini altiſſimi.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.

*Oratio poſt liberationem.*

ORamus te, Deus omnipotens, ut ſpiritus iniquitatis amplius non habeat poteſtatem in hoc famulo tuo *N.* (hac famula tua *N.*) ſed ut fugiat, & non revertatur. Ingrediatur in eum, (eam,) Domine, te jubente, bonitas & pax Dñi noſtri Ieſu Chriſti, per quem redempti ſumus, & ab omni malo non timemus, quia Dominus nobiſcum eſt. Qui vivit & regnat cum Deo Patre, *&c.* *Reſp.* Amen.

# Kurtze Frag vnd Antwort dieſes kleinen vnd recht Catholiſchen Catechiſmi.

Wer iſt vnd ſol ein Catholiſcher Chriſt genennet werden?

DEr nach empfangener H. Tauff die heilſame Lehr Jeſu Chriſti des wahren Gottes vnd Menſchen/ in ſeiner Kirchen vnd verſamblung bekennet/ vnd nicht anhanget einigen Secten/ Spaltungen/ oder jrrigen Lehr/ ſo wieder die Chriſtliche Lehr vnd Catholiſche Kirche ſtreben.

Welches ſeind die fürnembſten ſtück der gantzen Chriſtlichen Lehr?

DIeſe fünff: vom Glauben/ Hoffnung/ Liebe/ von den Sacramenten/ vnd Chriſtlicher Gerechtigkeit.

## Von dem Chriſtlichen Glauben.

Welches iſt das erſte Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

DEr Glaub: Dan ohn den Glauben iſt nicht möglich das man GOTT gefalle/ Chriſtlich lebe/ vnd ſelig werde.

Was heiſſet vnd iſt der Glaub?

ER iſt ein Gab Gottes vnd Liecht/ dadurch der Menſch erleuchtet wird/ vnd feſtiglich faſſet alles

das/

das / ſo Gott der Herr offenbaret hat / vnd durch die Chriſtliche Kirche vns zu glauben fürſtellet / es ſei ſolches außtrückenlich geſchrieben oder nicht.

Was ſol dan ein jeder Chriſt glauben?

WAs die liebe Apoſteln in den zwelff Artikeln des Chriſtlichen Glaubens verfaſſet haben.

Welches ſeind die zwölff Artikel deß Chriſtlichen Glaubens?

JCh glaube in Gott Vatter Allmägtigen / Schöpffer Himmels vnd der Erden.

2. Vnd in Jeſum Chriſtum / ſeinen einigen Sohn vnſern Herrn.

3. Der empfangen iſt von dem H. Geiſt / geboren aus Maria der Jungfrawen.

4. Gelitten vnter Pontio Pilato / gecreutziget / geſtorben vnd begraben.

5. Abgeſtiegen zu der Hellen / am dritten Tag widerumb aufferſtanden von den Todten.

6. Auffgefahren zu den Himmeln / ſitzet zu der Rechten Gottes des Allmägtigen Vatters.

7. Von dannen er kommen wird / zu richten die Lebendigen vnd die Todten.

8. Jch glaub in den heiligen Geiſt.

9. Eine heilige algemeine Kirchen / Gemeinſchafft der Heiligen.

10. Ablaß der Sünden.

11. Aufferſtehung des Fleiſches.

12. Vnd ein ewiges Leben / Amen.

Was iſt die ſumma vnd kurtzer Inhalt aller obgemelten zwölff Hauptartikel des Apoſtoliſchen Glaubens?

IſT dieſe: das ein Chriſt mit dem Hertzen glaubt/vnd mit dem Munde bekennet/ das nur ein GOtt ſei in ſeiner Subſtantz vnd Weſenheit/ vnd zugleich auch dreifaltig in den Perſonen: als nemblich Gott der Vatter/ ein Schöpffer aller ding: Gott der Sohn/ein Erlöſer der ſündigen Welt: vnd Gott der H. Geiſt/ein Tröſter aller frommen Chriſtgläubigen/welche er in der wahren Catholiſchen Kirchen heiliget/ vnd durch geordnete mittel ſelig machet.

## Von der Chriſtlichen Hoffnung/ vnd dem H. Vatter vnſer.

Welches iſt das ander Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Die Hoffnung.

Was heiſſet vnd iſt die Hoffnung?

SJe iſt eine Chriſtliche Tugend/von GOtt dem Menſchen eingegoſſen/durch welche ein Chriſt mit gewiſſem vertrawen wartet vnd harret auff die Güter ſeines Heils vnd des ewigen Lebens.

Woraus lernen wir/wie vnd was man recht hoffen vnd bitten ſol?

AVs dem H. Vatter vnſer/welches Chriſtus/ vnſer HErr vnd Meiſter/ mit ſeinem H. Mund gelehret/ vnd vns zu betten befohlen hat.

Wie viel Theil vnd Bitt hat das H. Vatter vnſer?

Sieben. Die lauten alſo:

VAtter vnſer / der du biſt in den Himmeln. Geheiliget werde dein Nahm. Zukomme dein Reich. Dein Will geſchehe / wie im Himmel / alſo auch auff Erden. Vnſer täglich Brot gib vns heut. Vnd vergib vns vnſere Schulden / als auch wir vergeben vnſern Schuldigern. Vnd führe vns nicht in verſuchung. Sondern erlöſe vns von dem Vbel. Amen.

Was iſt die Summa vnd der inhalt des gantzen H. Vatter vnſers?

WIr bitten hie vmb ewige / Geiſtliche vnd Leibliche Güter / Seel vnd Leib damit zuerhalten. Begeren auch / das vns Gott vor Sünden / anfechtung vnd allem übel / dieſes vnd des zukünfftigen Lebens / behüten vnd erhalten wolle.

Wie ſol man der heiligen Jungfrawen Mariæ den Engliſchen Gruß ſprechen?

GEgrüſſet ſeiſtu Maria / voller Gnaden / der Herr iſt mit dir / du biſt gebenedeiet vnter den Weibern / vnd gebenedeiet iſt die Frucht deines Leibes / Jeſus.

Heilige Maria / Mutter Gottes / bitt für vns Sünder / jezt / vnd in der ſtunde vnſers todts / Amen.

Warumb wird / neben dem Vatter vnſer / der Engliſch Gruß geſprochen?

DArumb / damit vnſer Gebett / im Vatter vnſer / deſto kräfftiger ſei / wan wir Chriſtum / vnſern Herren / vnd ſeinen heilwertigen Nahmen darbei melden / auch Gott in ſeiner lieben werthen Mutter loben / vnd durch ſie die göttliche Gnad begeren.

Von

## Von der Lieb vnd den zehen Gebotten Gottes.

### Welches iſt das dritte Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Die Liebe.

### Was iſt vnd heiſſet die Liebe?

DJe Liebe iſt ein gnadenreiche von GOtt eingegoſſene Tugend/ durch welche wir Gott den HErꝛen/ als das höchſte Gut/ vmb ſein ſelbſt willen/ vnſern Nechſten aber vmb GOttes willen/ recht vnd Chriſtlich lieb haben.

### Welches iſt das rechte Wahrzeichen der Liebe des Menſchen gegen Gott vnd ſeinen Nechſten?

DJes iſts/ ſo einer die Gebott Gottes helt/ von welchen Chriſtus ſagt: Wilt du zum Leben eingehen/ ſo halte die Gebott.

### Welches ſeind die zehen Gebott?

JCh bin der HERR dein Gott. Du ſolt keine frembde Götter neben mir haben. Du ſolt dir kein geſchnitz Bild machen/ daſſelbig anzubeten.

2. Du ſolt den Namen Gottes/ deines Herꝛen/ nicht vergeblich führen.
3. Gedenck/ das du den Sabbath heiligeſt.
4. Du ſolt deinen Vatter vnd deine Mutter ehren/ auff daß du lang lebeſt auff Erden.
5. Du ſolt nicht tödten.
6. Du ſolt nicht ehebrechen.
7. Du ſolt nicht ſtelen.
8. Du ſolt kein falſch zeugnuß geben wider deinen Nechſten.

9. Du

9. Du ſolt nicht begehren deines nechſten Weib.

10. Du ſolt nicht begehren deines nechſten Hauß/ Acker/ Knecht/ Magd/ Ochſen/ Eſel/ noch alles was ſein iſt.

## Worin beſtehet die ſumma vnd inhalt dieſer zehen Gebott Gottes?

IN dem: Du ſolt Gott/ deinen Herrn/ lieben/ auß gantzer deiner Siel/ aus gantzem deinem Gemüt / vnd aus allen deinen Kräfften. Das iſt das erſte vnd grösſeſte Gebott. Das ander aber iſt dem gleich: Du ſolt deinen Nechſten lieben als dich ſelbſt. In dieſen zweien Gebotten hanget das gantze Geſetz vnd die Propheten.

## Wie viel ſeind Gebott der heiligen Chriſtlichen Kirchen?

Fürnemblich fünff.

DV ſolt die auffgeſetzte Feiertage halten.

2. Du ſolt alle Feiertage die heilige Meß mit andacht hören.

3. Du ſolt die gebottene Faſttage/ auch das vnderſcheiden der Speiſe/ halten.

4. Du ſolt zum wenigſten einmal im Jahr/ deinem verordneten Prieſter/ oder einem andern/ mit erlaubnuß/ deine Sünd beichten.

5. Du ſolt das heilig hochwürdigſt Sacrament des Altars/ auffs wenigſt einmal im Jahr/ nemblich vmb die Oſterliche zeit/ empfahen.

## Warumb ſol man die Gebott der Kirchen halten?

Darumb/ das ein Chriſt/ in krafft des vierten Göttlichen Gebotts ſchuldig iſt / ſo wol der geiſtlichen / als der weltlichen Obrigkeit/ gehorſam zu leiſten. Welcher aber die Kirch nicht höret/ oder jhre gute Ordnung vnd Sat-

zung verachtet/ der ſol für einen Heiden vnd Publicanen/ wie Chriſtus ſagt/ gehalten werden.

## Von den H. Sacramenten.

Welches iſt das vierdte Hauptſtück Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Es ſeind die heiligen hochwürdigen Sacrament.

Was heiſſt vnd iſt ein Sacrament?

ES iſt ein ſichtbarliches kräfftiges Zeichen/ von Gott ſelber eingeſetzt/ dadurch wir vnſichtbarlicher weiſe gnad vnd inwendige heiligung empfahen.

Wie viel ſeind Sacrament? Sieben.

Das erſt/ der Tauff.
Das ander/ die Firmung.
Das dritte/ das Sacrament des Fronleichnams vnſers HErrn Jeſu Chriſti.
Das viert/ die Buß.
Das fünfft/ die letzte Oelung.
Das ſechſt/ die Prieſterweihe.
Das ſiebend/ die Ehe.

Was iſt der Tauff?

DEr Tauff iſt das erſte nothwendigſte Sacrament/ darin der Menſch durch das Waſſer vnd wort Gottes/ von allen Sünden gereiniget/ vnd in Chriſto/ als ein newe Creatur/ zum ewigen Leben widergeboren vnd geheiliget wird.

Was iſt die Firmung?

DIe Firmung iſt ein Sacrament/ in welchem der getauffte Menſch durch den H. Chriſam/ vnd das heil-

ſame

ſame Wort/ von dem H. Geiſt in gnaden geſtärckt wird/ damit er ſeinen Glauben ſtandthafftig bekenne/ vnd demſelbigen fleiſſiger nachkomme.

### Was iſt das Sacrament des Fronleichnams vnſers Herrn Jeſu Chriſti?

ES iſt das Sacrament des Altars/ Ja der wahre Leib vnd Blut vnſers Herrn Jeſu Chriſti/der vnter den geſtalten Brots vnd Weins/ mit ſampt ſeiner Seel vnd Gottheit/ weſentlich vnd vollkommentlich gegenwertig da iſt/ alsbald ein ordentlicher geweiheter Prieſter Brot vnd Wein auff dem Altar wandlet vnd conſecriret.

### Was iſt die Buß?

DJe Buß iſt ein Sacrament/ dadurch ein ordentlicher Prieſter/ an Gottes ſtat/ die Sünde nachläſſet vnd verzeihet/ wan der Sünder im Hertzen rew vnd leid hat/ ſeine Sünd mit dem Mund beichtet/ vnd ein rechte Buß wircken wil.

### Was iſt die letzte Oelung?

DJe letzte Oelung iſt ein Sacrament/ darinnen durch das heilige Oel/ vnd Chriſti wort/ die gnade Gottes den krancken/ zu wolfahrt der Seelen/ vnd etwan auch des leibs/ gegeben wird.

### Was iſt die Prieſterweihe?

DJe Prieſterliche oder Geiſtliche Weihe/ iſt ein Sacrament/ dadurch ein Geiſtlicher gewalt vnd ſonderbare gnad/ den Prieſtern vnd andern Dienern der Kirchen gegeben wird/ daß ſie jhren Dienſt vnd geiſtliche Empter/ recht vnd wol verrichten mögen.

Was iſt die Ehe?

DJe Ehe iſt ein Sacrament / durch welche zwo ledige Chriſtliche vnverſprochene Perſonen / Man vnd Weib / ſich ordentlicher weiſe zuſammen verheirahten / darzu jhnen Gott durch dieſes Sacrament gnad gibt / das ſie in ihrem ehelichen Stand biß in den Todt gottſelig verharren / vnd jhre Kinder Chriſtlich aufferzihen.

Iſt es auch genug / das ein Catholiſcher Chriſt die vier obgemeldte Stück wiſſe vnd bekenne?

ES iſt nicht genug / ſonder er muß auch die Chriſtliche gerechtigkeit mit dem Werck erzeigen. Dan ein Knecht / der ſeines Herrn willen weiß / vnd den nicht thut / der wird mit vielen Streichen geſchlagen werden.

## Von Chriſtlicher Gerechtigkeit.

Welches iſt das fünffte Hauptſtücke Chriſtlicher Catholiſcher Lehr?

Es iſt die Chriſtliche Gerechtigkeit.

Was gehört zu der Chriſtlichen Gerechtigkeit?

DIeſe zwei ſtück: Das ein Chriſtglaubiger Menſch durch Gottes gnad / das böſe laſſe / vnd das gute wircke. Dann wer ſchon durch den Glauben gerecht worden iſt / der muß auch durch gute Werck noch gerechter werden.

Was böſes ſol man zum meiſten laſſen oder flihen?

DJe Sünd vnd Laſter / die den Menſchen vmb Ehr / Gut / Leib vnd Seel bringen / jhn von Gott vnd allem guten ſcheiden / vnd ewiglich verdammen.

Welches ſeind die fürnembſten Sünd?

Die Todt- oder Hauptſünd: die Sünd in den heiligen

Geiſt: Sünd welche in den Himmel ſchreien: Die frembde Sünd / vnd andere dergleichen / die der liebe Gottes vnd des Nechſten widerſtreben.

Wie viel ſeind Hauptſünden? Sieben.

1. Hoffart. 2. Geitz. 3. Vnkeuſcheit.
4. Neid. 5. Fraß vnd Füllerei. 6. Zorn.
7. Trägheit.

Wie viel ſeind Sünde in H. Geiſt? Sechs.

ALs nemlich / vnd zum erſten: Vermeſſentlich auff Gottes barmhertzigkeit ſündigen.

Zum andern / an Gottes gnad verzweiffelen.

Zum dritten / Der erkanten Warheit widerſtreben.

Zum vierdten / ſeinem Bruder / vmb der göttlichen Gnad willen / mißgünſtig vnd neidig ſein.

Zum fünfften / ein verſtockt Hertz haben.

Zum ſechſten / in der Vnbußfertigkeit fürſetzlich verharren.

Dieſe Sünd werden in dieſer vnd jener Welt gar nicht / oder ſchwerlich / verziehen.

Wie viel ſeind der Sünden die in den Himmel ſchreien? Vier.

1. Fürſetzlicher Todtſchlag.
2. Die Sodomitiſche Sünd.
3. Vndertrückung der armen Witwen vnd Waiſen.
4. Vnd wan man den verdienten Miedlohn den Arbeitern vnd Taglöhnern auffhelt vnd entzeucht.

Vnd ſolche Laſter werden von Gott offt in dieſem Leben ſchröcklich geſtrafft.

Wie viel ſeind der frembden Sünden? Neun.

1. Zu der Sünd rahten.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Einen andern heiſſen ſündigen.
3. In anderer Sünd verwilligen.
4. Andere zur Sünd anreitzen.
5. Anderer Sünd loben.
6. Dar zu ſtillſchweigen.
7. Dieſelb überſehen oder verhengen.
8. Des frembden Guts ſich theilhafftig machen.
9. Anderer Sünd vertheidigen.

Dan alſo werden wir an frembden Sünden vor Gott ſchuldig vnd theilhafftig / als ob wir ſie ſelbſt perſönlich begangen hätten.

Iſt es auch genug / das böſe laſſen / vnd die Sünd meiden?

NEin. Dan ein jeglicher Baum / der nicht gute Früchte bringet / der wird außgehauwen / vnd in das Fewr geworffen. Wer aber den Willen des Vatters thut / der wird eingehen in das Reich der Himmeln.

Was guts ſol dan ein Chriſt thun vnd wircken?

ER ſol nüchtern / gerecht vnd gottſeliglich vor Gott vnd den Menſchen leben / vnd mit guten Wercken ſeinen Chriſtlichen Beruff zieren vnd gewis machen.

Wie vielerlei ſeind der guten Werck?

Fürnemblich drierlei:

1. Betten. 2. Faſten. 3. Almoſen geben.

Worzu nützen vnd dienen vns die guten Werck?

AVs den guten Wercken / vnd nit aus dem Glauben allein / wird der Menſch gerechtfertiget / vnd erlanget die Cron der gerechtigkeit. Vnd wer da thut die gerechtigkeit / der iſt gerecht. Die gutes thun / werden eingehen in

das ewig Leben/ Die aber böſes thun/ in die ewige pein.

Wie viel ſeind leibliche werck der Barmhertzigkeit?

Sieben.

1. Die Hungerigen ſpeiſen.
2. Die Dürſtigen träncken.
3. Die Nackenden bekleiden.
4. Die Gefangenen erledigen.
5. Die Krancken beſuchen.
6. Die Frembden beherbergen.
7. Die Todten begraben.

Von dieſen ſagt Chriſtus: Selig ſeind die Barmhertzigen/ dan ſie werden Barmhertzigkeit erlangen.

Wie viel ſeind geiſtliche Werck der Barmhertzigkeit?

Sieben.

1. Die Sünder ſtraffen.
2. Die vnwiſſenden lehren.
3. Den zweiffelhafftigen recht rahten.
4. Vnd für die Lebendigen vnd Todten Gott bitten.
5. Die Betrübten tröſten.
6. Das vnrecht gedültig leiden.
7. Denen/ die vns beleidigen/ gerne verzeihen.

Mit was maſſen wir aber außmeſſen/ mit derſelben wird vns wider eingemeſſen.

Welches ſeind die acht Seligkeiten?

ES ſeind die/ ſo Chriſtus im anfang ſeines Euangeliſchen Geſetzes gelehrt/ da er ſpricht:

1. Selig ſeind die Armen im Geiſt/ dan jhr iſt das Reich der Himmel.

2. Se-

2. Selig ſeind die Sanfftmütigen / dan ſie werden das Erdreich beſitzen.

3. Selig ſeind die weinen vnd leid tragen / dan ſie werden getröſtet werden.

4. Selig ſeind die hungerig vnd dürſtig ſeind nach der Gerechtigkeit / dan ſie werden erſättiget werden.

5. Selig ſeind die Barmhertzigen / dan ſie werden Barmhertzigkeit erlangen.

6. Selig ſeind die eines reinen Hertzens ſeind / dan ſie werden Gott anſchawen.

7. Selig ſeind die Friedſamen / dan ſie werden Kinder Gottes genennet werden.

8. Selig ſeind die Verfolgung leiden vmb der gerechtigkeit willen / dan jhr iſt das Reich der Himmel.

Wie viel ſeind Euangeliſche Räthe?

Deren ſeind fürnemblich drei.

1. Freiwillige Armuth.
2. Stäte Keuſcheit.
3. Volkommener gehorſam vnter einem geiſtlichen Oberſten.

Welches ſeind die letzen ding des Menſchen?

Dieſe vier.

Der Todt. Das letzte Gericht. Die Höll. Das Himmelreich.

Gedenck dan / O Menſch / in allen dinen Wercken deiner letzten ding / ſo wirſtu ewiglich nicht ſündigen.

INSTRV-

# INSTRVCTION

## Wie man den Catechiſmum der Jugend fürhalten ſoll/ Vnd wie ein Catechiſta ſoll qualificirt vnd beſchaffen ſein.

I. Erſtlich vnd vor allen dingen / wil einem Catechiſten von nöten ſein/ daß er gleichſamb ein Mütterliches hertze an ſich neme/ vnd nit anders gedencke/ dan dieſe Kinder / die er in dem Catechiſmo vnterrichten wird / ſeind jhme / von Chriſto dem Herrn ſelbſt/ an ſeiner ſtat / zu vnterweiſen/ befohlen / welcher ſie in dem Euangelio ſo freundlich hat heiſſen zu ſich kommen/ jhnen das Himmelreich zugeſagt/ die Händ auff ſie gelegt / vnd mit groſſer Lieb empfangen / *Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos;* Marc.10. ſagt Marcus; Ja mit außtrucklichen Worten verheiſſen / *Quiſquis* Marc.9. *unum ex hujuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit.* Solle derowegen ſolche Kinder / in ſeinem Hertzen / alle mit einander mit gleicher Liebe in Chriſto vmbfangen/ wie auch der H. Paulus ſeine Galatern vmbfangen/ die er aus hertzlicher Liebe *Filiolos* geheiſſen/ *Filioli*, Gal.4. ſagt Er/ *quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Welche Lieb wan ſie da iſt / wird auch die Demuht vnd Gedult nit manglen/ welche von der Liebe herrühren: Vnd alles was er von der Kinder wegen thut / mit dem H. Paulo ſagen wird / Darumb thue ich ſolche demütige Werck / *Charitas enim Chriſti urget nos.* 1 Cor.5.

II. Zum Andern / ſoll jhn führnemblich zu ſolcher Demut vnd Gedult bewegen / wan er bei jhm ſelbſten wol betrachten wird/ wie groß vnd hoch dieſer Catechiſmus ſoll gehalten werden. Dan / ob wol die Vnterweiſung der Kinder/ ins gemein darvon zu reden / vnd dem euſſerlichen ſchein nach / ſich anſehen läſſt / als ob es ein ſchlecht Ding/ vnd einer geringen Ehr vnd Lobs werth/ ſo iſt doch ſolches/in der warheit / ein ſo wigtiges Werck / daß es auch bei den Heiden vnd Vnglaubigen gros geachtet worden / in dem es keinem andern dan dem Eltiſten vnd Fürnemſten der gantzen Stadt vertrawt worden/wie Xenophon von den Perſianern vnd Lacedæmoniern ſchreibet: Wie viel mehr ſolt dan das von dem Catechiſmo oder Kinderlehr verſtanden werden / in welcher die Chriſtliche Jugend in dem rechten Weg der Seligkeit vnterrichtet wird? Dahero dan nit vnbillich die H. Vätter

vnd Lehrer ſolche Kinderlehr ſo hoch geſchätzet/ das ſie nicht allein *Catecheſes* für die einfältige kinder geſchrieben/ als Cyrillus Hieroſolymitanus, ſondern ſich ſelbſten ſolches löblichen Wercks vnterfangen / vnd die Jugend mit groſſer Lieb / Demut vnd Gedult vnterwieſen. Ein ſolcher *Catechiſta* war in Alexandria der heilige Lehrer Clemens Alexandrinus, vnd nach jhm der alte Lehrer Origenes, wie auch andere Hochgelehrte vnd heilige Männer/ wie von jhnen Euſebius Cæſarienſis ſchreibt.

*Hiſt. Eccl. lib. 5. c. 10. & 11. & lib. 6. c. 12.*

III. Zum Dritten/ ſoll ein Catechiſta dieſe Demut vnd Gedult nit nur jnnerlich in dem Gemüt tragen/ ſonder auch eusſerlich / vnd in dem Reden vnd converſiren mit den kindern erzeigen / gleichſamb mit den kindern ein kind werden / jhre Natur/ mores vnd proprietates an ſich nehmen / eine ſchlechte gerechte einfältige vnd langſame Red bei jhnen führen/ damit ſie durch ſolche gleichförmigkeit deſto beſſer gegen jhme animirt vnd geſinnet/ vnd/ was von jhme geſagt/ leichter verſtehen vnd behalten mögen. Dan/ wan das Sprichwort auch bei hochverſtändigen vnd in allen reden war iſt / *Veritatis ſimplex oratio*, wie viel mehr wird ſolche ſimplicitet von einem Catechiſta erfordert? Dahero dan der heilige Vatter Hieronymus / ohnangeſehen er ein hochgelehrter Lehrer der Chriſtlichen Kirchen/ nit deſto weniger aber hat er ſich gegen der Edlen Römerin Læta anerbotten/ daß / wan ſie jhm jhr kleines Töchterlein Paulam gen Betlehem ſchicken werde/ wolte er ſich ſolches kinds/ auch in ſeinem höchſten alter / gern vnd willig annehmen / ſie in allen Gottſeeligen Tugenden vnterweiſen/ ſeinen gewöhnlichen ſtylum vmbkehren / vnd ſich der kinderſprach mit dem kind gebrauchen/ Da er alſo ſchreibt: *Geſtabo humeris, & balbutientia ſenex verba formabo; multo glorioſior mundi Philoſopho; qui non Regem Macedonum, Babylonio periturum veneno, ſed ancillam & ſponſam Chriſti, erudiam, regnis cæleſtibus offerendam.*

*Epiſt. 18.*

## Von der Materi des Catechiſmi.

I. Die Materi der Kinderlehr kan/ in gemein zu reden/ ſein/ der klein Catechiſmus Petri Caniſii: In welchem aber ein Catechiſta fein ordentlich procediren ſol/ alle Fragen vnd Antworten/ ja die Wörter in particulari, ſelbſten /. wo es von nöthen / wol vnd klärlich expliciren. Als/ exempli gratia, dieſe Wortlein/ ein Catholiſcher Chriſt / begreiffen viel in ſich / vnd bedörffen einer weiteren explication vnd Außlegung / warumb man ſage / ein Catholiſcher

vnd nit nur bloß ein Chriſt. Item/ was Catholiſch ſei / woher dieſer Name ſeinen Vrſprung habe / vnd dergleichen / ꝛc.

II. Damit jhm aber dergleichen Materien zu expliciren nicht manglen / wird von nöhten ſein / daß er ſich vmb etliche gute vnd bewerthe Autores vmbſehe / ſo von dem Catechiſmo ex profeſſo tractiren / als da ſeind Catechiſmus Romanus, Catecheſes Cyrilli Hieroſolymitani, Catechiſmus Nauſeæ, Clictovei, P. Petri Michaëlis Societatis Ieſu, &c. aus welchen er gute anleitung bekommen wird.

III. Neben dieſen / kan er ſich zuweilen der Exempeln der lieben Heiligen gebrauchen / ſo jhme für ſein Auditorium nütz vnd aufferbawlich zu ſein bedüncken werden / ſonderlich aber deren / welche von Jugend auff ein reines vnſchüldiges Leben geführt / als da ſeind beide heilige Johannes / S. Nicolaus / S. Veit / S. Ludovicus / S. Thomas von Aquin / die allerſeeligſte Jungfrawe Maria / S. Catharina / S. Agatha / S. Barbara / S. Agnes / vnd dergleichen Heiligen mehr / welcher Leben er aus dem Surio Carthuſiano oder Flore Sanctorum Petri Ribadeneiræ nemmen wird.

IV. Wan etwan ein groſſes Feſt vorhanden / ſoll er von demſelben auch etwas laſſen neben dem Catechiſmo einlauffen / vnd mit wenig Worten erklären / was dieſes Feſt in ſich halte / vnd wie es nützlich möge begangen werden / wie auch zuweiln etwas aus dem Euangelio / doch nur fein ſchlecht vnd einfältig.

V. Er ſoll auch offtermals ſeinen Kindern fürhalten / wie ſie jhren Eltern / Schulmeiſtern vnd andern Obrigkeiten ſollen gehorſamb leiſten / Gott furchten vnd lieben / ein züchtiges vnd reines Leben führen. Zu Morgens / zu Nachts / vor vnd nach dem Tiſch / auch wan man das *Ave Maria* leutet / fleiſſig betten / Item hergegen ſo offt mit ernſtlichen worten vermahnen / das ſie nit ſchweren / liegen / vnzüchtige wort reden / vnd was dergleichen Laſter mehr ſein / ſo bei den Kindern im ſchwang gehn / Jhnen die præmia vnd groſſe Belohnungen der Frommen fürhalten / Dan auch die Straffen / ſo wol zeitliche als ewige / deren / ſo dergleichen Laſter begehen.

VI. Alles was Er tractiert / ſoll Er in gewiſſe Puncten außtheilen / vnd / gleich wie ein Mutter jhrem Kinde die harte Speis zuvor kheuet / alſo ſoll Er auch die Materi / ſo Er im Catechiſmo fürhalten will / nicht alſo gantz vnd rauch jhnen fürlegen / wie ſie jhm daheimb in den Büchern fürkommen / ſonder ſolche bei jhm ſelbſten zuvor ruminiren, vnd durch Gleichnuſſen / Exempel vnd andere Mittel alſo præpa-

riren vnd zubereiten / damit ſie den Kindern zu einer tauglichen Speiß werden. Wie dan der H. Paulus ſeinen lieben Corinthern gethan / da
1 Cor. 3. er ſagt: *Tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis*; Vnd Chriſtus der Herr ſelbſt / ſo täglich in dem Tempel gelehrt hat / ohn zweifel nicht hochwichtige vnd ſubtile quæſtiones tractirt, ſondern ſolche / deren das gemein Volck wol fähig war.

## Was Er für ein Ordnung vnter den Kindern halten ſolle.

I. DJe Kinder wird Er nicht confuſe vnd ohn allen vnderſcheid laſſen durch einander ſitzen / ſonder die Maidlein von den Knaben abſondern / vnd in gewiſſe vnterſchiedliche bänck zu beiden ſeiten außtheilen / als nemblich die Knaben auff eine ſeiten / die Maidlein auff die andere; alſo das zwiſchen beiden ſeiten ein zimblichs ſpacium ſei / damit Er in dem Examiniren vnd Catechiſiren hin vnd wider gehen möge.

II. Was ſein Ort belangen thut / iſt rathſam / das Er ſich diß orts verhalte / wie ſich Chriſtus in dem Schifflein S. Petri vnd ſonſten
Luca 5. gewöhnlich verhalten hat. *Sedens docebat eos*, ſagt Lucas. dan dieweil die Kinder von Natur vnrühig / vmbſchweiffig vnd vnauffmerckig ſein / will gäntzlich von nöthen ſein / das / wan der Catechiſta mit ſeiner Lehr ein frucht ſchaffen wil / nicht weit von jhnen ſeie / ſondern bei vnd vor jhnen / doch / wann es ſein kan / vmb etlich Grad vnd Stafflen höher / vnd alſo wan Er den Catechiſmum explicirt, *Sedens docebit eos*, wan Er aber examinirt vnd fragt / ſoll Er bei vnd zwiſchen jhnen hin vnd wider gehn / wie es jhm gefällig.

## Wie Er ſich in dem Anfang des Catechiſmi verhalten ſoll.

ZVm erſten / ſoll er die fürgenommene Lection zuvor privatim Gott dem Herrn in ſeinem Gebett commendiren, als ein ding / daran das Heil vieler Edlen Seelen gelegen / welche nach ſeinem Ebenbild erſchaffen / vnd mit dem koſtbarlichen Blut Chriſti erlöſet ſein / vnd jhn vmb ſeine Göttliche Gnad vnd beiſtand anruffen / damit Er ſolches Werck vnd Lection zu ſeiner Göttlichen Ehr vnd aufferbawung der Chriſtlichen Catholiſchen Kirchen / verrichten möge. Dan
1 Cor. 3. wie D. Paulus ſagt: *Neque, qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed, qui incrementum dat, Deus.*

Vor dem Gebett kan er einen geiſtlichen Ruff ſingen laſſen / als /

Komb heiliger Geiſt/ ꝛc. oder / O wahrer Gott ꝛc. Item zu Weihenachtlichen zeiten/ Weihenacht geſänge / zu Oſterlichen zeiten andere.

Das Vatter vnſer/ den Engliſchen Gruß / vnd den Glauben/ ſoll der Catechiſta den Kindern ſelbſt vorbetten / Welche alle niderknien/ Er aber ſoll an ſeinem Ort ſtehen / das Angeſicht gegen den Kindern kehren / ſich bezeichnen mit dem Zeichen deß heiligen Creutzes / vnd mit heller vnd langſamer Stimm alſo anfahen :

## In dem Namen Gottes des Vatters:

Welche Wort / wann Er ſie geſprochen / ſo lang ſtill halten / biß ſie von den Kindern auch nachgeſprochen. Darnach / wan Er ſagt :

## Vnd des Sohns:

Widerumb ſtill halten/welches Er in dem Gebett/Zehen Gebotten/ vnd allem dem/das Er jhnen vorſpricht/ thun ſoll/Nemblich nicht viel wort/ſonder gar wenig zuſammen nehmen/damit die Kinder ſolche wenige wort deſto beſſer vernehmen / vnd ordentlicher widerholen mögen.

Weil Er das Vatter vnſer/ vnd andere Gebett vorſpricht / ſoll Er mit auff- vnd zuſammen gehebten Händen vor jhnen ſtehen/vnd gute achtung geben / daß die Kinder fein gleich vnd zumal mit einander die wort repetiren ; Sie auch dahin gewöhnen / das ſie alle Gebett / vnd was ſie ſonſten aus den Catechiſmo recitiren/lernen von wort zu wort außſprechen / wie ſie in dem Catechiſmo begriffen ſein.

## Wie Er ſich in dem examiniren vnd Lection verhalten ſoll.

ERſtlich / nach dem Gebett / geht Er von ſeinem Ort zu den Kindern / Examinirt vnd fragt ſie / was vor 8 Tagen in dem Catechiſmo gehandlet worden / Vnd nach dem Er etliche auff der einen ſeiten gehört / ſoll ers auff der andern auch thun / vnd ein einige Frag etlich mal proponiern.

2. Ob es wol einem Kind ſchwer/ daß es die gantze Lection des Catechiſmi außwendig daher recitire, iſt es doch nit ſchwer/ daß alle Kinder alles / vnd ein jedes etwas/ behalte / Derohalben / wan Er einen puncten von einem kind gehört/ wird Er zuweiln content darmit ſein/ vnd den andern von einem andern begeren/ oder auch eben den geſagten repetiren laſſen / wie er es dan für gut anſicht.

3. Damit die kinder in dem Antworten deſto behertzter ſein / vnd in allen Catechiſmis etwas gewiſſes wiſſen zu recitiren, mag Er einem/ zweien oder dreien die Puncta/ ſo Er nechſt fürgehalten/etlich Tag zuvor ſchrifftlich übergeben/doch auff daß allerkürtzeſt/ ſo jmmer müglich.

4. Welche wol beſtehen/ ſoll Er loben / die aber übel beſtehen / nit rauch oder mit harten worten anfahren/ſonder jhnen ein Hertz machen/ ſie entſchuldigen/ vnd tröſten / ſie werdens nemblich auff nechſten Catechiſmo beſſer lernen. Item / wan ſie in dem Antworten jrr werden/ jhnen helffen/ vnd mit freundlichen worten auffmuntern/vnd ein Hertz machen.

5. Wan Er mit dem Examiniren fertig / verfüg Er ſich alßdan zu denen / ſo noch nit recht betten / oder das heilig Creutz machen können/ vnd examinire ſie / das Kindt in dem / das in dem andern Gebett/ Etliche laſſe er das Creutz machen/ vnd wan ſie es nit wiſſen / zeige Er jhnen ſolches mit eigner Hand/ vnd mache es jhnen vor.

6. In etlichen orten ſagen ſie her jhre Namen / als wan ein Knab Johannes/ Georgius/ ꝛc. oder das Maidl Maria/ Anna ꝛc. heiſſen/ſo fragts der Catechiſta / Wer ſein dieſe Heilige geweſt / vnd was lernen wir von jhnen? Item / etliche recitiren das Euangelium deſſelbigen Sontags außwendig/ oder was ſie aus der Predig behalten.

7. Nach dem examiniren / ſoll Er gewohnlich zween Knaben / oder zwei Mägdlein fürſtellen / die ein Capitel oder Hauptſtuck aus dem Catechiſmo außwendig recitiren, alſo / daß das eine frage / das ander aber antworte / vnd alles mit lauter Stimmen/ vnd langſam / damit ſie von allen Zuhörern mögen gehört vnd vernommen werden.

8. Damit die Kinder deſto mehr auffgemuntert vnd zu gröſſerm fleis angetriben werden/ ſoll Er zuweiln etliche munuſcula außtheilen/ denen / ſo fleiſſig ſein vnd wol beſtehen/ Als deren ſeind allerlei kleine Bildlein/ gemahlte Brieflein / Item Creutzlein darin S. Johannes Euangelium: wie auch kleine Büchlein / als Beichtbüchlein/ Communion büchlein/ Meßbüchlein/ Zuchtbüchlein/ ꝛc.

9. Letztlich/ ſetzet Er ſich nider / explicirt den Catechiſmum, vnd gibt jhnen ein newe Lection für / beſchleuſſt darnach den Catechiſmum auff ſolche weiß: Die Kinder knien alle nider / legen die Händ zuſammen. Er aber ſtehet vor jhnen/ machet das Zeichen des heiligen Creutzes/inmaſſen wir droben im anfang gemelt. Darnach ſpricht Er jhnen die Zehen Gebott / die Gebotte der Chriſtlichen Kirchen / vnd die vier letzten Ding des Menſchen / aus dem Catechiſmo vor / vnd läſſet ſie alſo in dem Namen GOttes gen Haus gehen.

# DE PRÆDICATIONE VERBI DEI,

## ex Concilio Provinciali Colonienſi, celebrato, Anno 1536.

### De diſſeminatione verbi Dei. Cap. I.

*HOc miniſterium ſanctiſſimus Apoſtolus cæteris omnibus præfert. Vnde &, Corinthiis ſcribens, ait: Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare. Cui & cæteri Apoſtoli adſtipulantur, cum inquiunt: Non eſt æquum, nos relinquere verbum, & miniſtrare menſis. Quin imo & Chriſtus aliis anteponit: Euntes, inquiens, in univerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, ac docete omnes gentes; baptizantes eos, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; docentes eos, ſervare omnia, quæcunque mandavi vobis. Quamobrem S. Paulus, Timotheum excitans, ait: Attende lectioni, attende exhortationi & doctrinæ; noli negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterii; hæc meditare, in his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. attende tibi & doctrinæ, inſta in illis; hoc enim faciens, & te ipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt. Et iterum: Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, prædica verbum, inſta opportune, importune, miniſterium tuum imple.*

### Quid Parocho meditandum. Cap. II.

*MEditabitur Parochus, quid ipſi Dominus per Ezech. c. 3, 33, ac 34, præceperit; parabolaq; ſpeculatoris, menti infigenda eſt:*

Spe-

*Speculatorem, inquit, dedi te domui Iſraël. quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccinâ, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius & tulerit de eis animam, ille quidem iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram. Parochi quidem ſunt, quibus potiſſimum dictum eſt: Fratres, ſi quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum; ſcire debet, quoniam, qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte. Dura eſt nimis illa Prophetæ lamentatio: Parvuli petierunt panem, & nemo dabit eis. Paſce ergo fame morientem: ſi non paveris, occidiſti. At homo ex duabus partibus conſtat; ex carne ſcilicet & ſpiritu: duplici ergo cibo opus eſt. nam, ut ſacra Scriptura ait: Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cibus exterior carnem tantum mortalem reficit, & intrans per os in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. Panis autem ſpiritus, tam per verbum prædicationis, quam ſacramentaliter in veritate Corporis & Sanguinis Dominici, in viva fide comeſtus, vivificat, reficit ac vegetat animam; qui non perit, ſed permanet in vitam æternam; &, hunc qui ederit, non morietur in æternum. Id quod omnes pii ſciunt ac ſentiunt. Vivus enim ſermo Dei eſt & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipiti, ac pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus, compagumque & medullarum.*

## Fidelitas imprimis in Parocho requiritur. Cap. III.

*HIc jam inter hujus cæleſtis panis diſpenſatores quæritur, ut fidelis quis inveniatur: fidelis, inquam, ſervus ac prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis eſcam in tempore. Beatus ille ſervus, quem, cum venerit Dominus ejus, invenerit ſic facientem. Sin ſecus, veniet Dominus ſervi illius, in die quo non ſperat, & hora quam ignorat;*

*& divi-*

*& dividet eum; partemque ejus ponet cum hypocritis; ubi erit fletus & ſtridor dentium.*

## Quis ſit fidelis verbi diſpenſator.
## Cap. IV.

IS *autem fidelis eſt diſpenſator, atteſtante diviniſſimo Ioanne, cujus ſcopus unicus ille Chriſtus eſt, & cujus ſpiritus confitetur, Chriſtum in carne veniſſe; id eſt, ut Divus Paulus interpretatur, qui docet, apparuiſſe gratiam Dei & Salvatoris noſtri omnibus hominibus, ad erudiendum nos, ut, abnegantes omnem impietatem & ſæcularia deſideria, ſobrie, juſte & pie vivamus in hoc ſæculo, exſpectantes beatam ſpem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Qui, inquam, docet, eundem Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, hominum factum, ut daret ſe ipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Quibus verbis S. Paulus duas in Chriſto naturas, Verbi ſcilicet & Carnis, indiſſolubili vinculo cohærentes, & utriuſque naturæ rationem, complectitur: Verbi; quatenus erudit nos, docens, quæ ſit voluntas Patris; quam facientibus, denunciat præmium, prævaricantibus verò pœnam æternam: Carnis vero; quatenus datus & immolatus eſt pro nobis in ara Crucis, Agnus immaculatus, & victima, tollens peccata mundi, nobis relinquens exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus, & eadem cogitatione armemur: quia, qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis, ut jam non deſideriis hominum, ſed voluntate Dei, quod reliquum eſt in carne temporis, vivamus. Omnis autem Spiritus, qui ſolvit Ieſum, ex Deo non eſt; & hic eſt Antichriſtus; de quo audiſtis, quoniam venit, & jam in mundo eſt.*

## Omnis Scriptura ad geminam charitatem exigenda.
## Cap. V.

IS *item fidus eſt miniſter verbi, qui omnem Scripturam ad Chriſtianam exigit charitatem. Charitas enim Chriſtianiſmum con-*

*ſummat, quemadmodum apud Divum Paulum legimus: Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta; & eſt potiſsimum illud indicium, quo Chriſtiani eſſe comprobamur. In hoc (ait Chriſtus) cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Unde B. Auguſtinus, in libris de Doctrina Chriſtiana, breviſsimam methodum, ad perveſtigandas intelligendaſque Scripturas, commonſtrare volens: Quiſquis Scripturas divinas, vel quamlibet illarum partem, intellexiſſe ſibi videtur, ita ut in illo intellectu non ædificet geminam charitatem Dei & proximi, is nondum intellexit, quod legis ac Scripturarum ſumma, finis, ac plenitudo, ſit dilectio; quæ duobus mandatis comprehenditur; nempe:* Diliges Dominum Deum tuum, *ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua; &,* Diliges *proximum tuum, ſicut te ipſum; &, quemadmodum vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis: in his duobus mandatis univerſa lex pendet & Prophetæ. Quicunque ergo ad hanc amuſsim doctrinam ſuam attemperat, is nunquam poteſt pernicioſe errare.*

## Summa Euangelicæ prædicationis. Cap. VI.

E*Zechiel vero Propheta ſummam ſuæ prædicationis Dominum enarrantem facit, hiſce penè verbis: Vivo ego, dicit* Dominus; *nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur impius & vivat. juſtitia juſti non liberabit eum, in quacunque die peccaverit: & impietas impii non nocebit ei, in quacunque die converſus fuerit ab impietate ſua. Quare, qui egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque judicium & juſtitiam, & in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quicquam injuſtum, vitâ vivet & non morietur. Quod Chriſtus brevibus complexus: Pœnitentiam, inquit, agite; appropinquavit enim regnum cælorum. Sed de his aliàs locupletius. ſufficerit hic, utcunque indicaſſe ſcopum.*

## Parocho cautiſſima ſollicitudine in Prædicatione Verbi Dei utendum.
## Cap. VII.

*QVo autem ſollicitius Parochus provinciam, cui admotus eſt, gubernare ſatagat; haud exiſtimabit, ſe alicui levi muneri, ſed omnium graviſſimo ac difficillimo, præfectum; tantæ nimirum difficultatis, ut verbi prædicatorem, undequaque abſolutum, vix unum è millibus reperias. Non idem eſt ovium palatum: magna in paſcendis varietas: quod unam oviculam nutrit, alteram macerat aut mactat. Culpaverit aliquis avaros; prodigus hinc argumentum prodigalitatis ſuæ colliget. Culpaverit prodigos; avarus inde tenacitatis ſuæ excuſationem arripiet. Ea eſt hominum malitia, ut, nedum alia, ſed & ſanctiſſimum Dei verbum, pro ſuis quiſque affectibus, ac ad ſua deſideria confovenda potius quam eradicanda, trahat. Videmus, prô dolor, quemadmodum hac tempeſtate plerique Sacras literas in parabolam ac proverbium vertant, atque, ad excuſandas excuſationes in peccatis, ſumma vi ac impudentia, torqueant, adulterantes verbum Dei. Quare Parochus cautiſſima ſollicitudine agere debet per gladium Dei, ſecantem à dexteris & à ſiniſtris, ut medium iter pateat, ad incedendum per viam regiam mandatorum Dei.*

## Quemadmodum ſermo temperandus.
## Cap. VIII.

*ATtemperandus ſermo, quoad fieri poteſt, pro auditorum captu, alii ſiquidem acri ingenio ac judicio ſunt, alii hebetes animo ac rudi minerva præditi; quidam attenti, quidam verò deſides; hi recte ac ſincere inſtituti, illi ſeducti ac decepti. Diſcretione ergo maxima opus eſt. Breviter; nemo erit concionator abſolutus, cui præter vitam exemplarem non adſint omnia quæ ſequuntur: nempe, cognitio Scripturarum utriuſque Teſtamenti, ingenium*

*velox, ſolers atque verſatile, eloquentia vehemens, ſuadibilis & ſuavis, neque interim minus temperata quam copioſa, prudentia, rerum ac perſonarum docendarum experientia multiplex, immobilis conſtantia; denique ſpiritus; qui ſi deerit, reliquis donis parum profecerit. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Quomodo enim ad æternarum rerum deſideria alios accendet, qui ipſe totus languet & friget, nondum ſpiritu concepto, qui ex Deo eſt, quem & ipſe Deus dat bonum petentibus ſe? En, quam arduum eſt concionandi munus! Nec tamen propterea diffidentiâ (quæ plerumque multos avertit) deſerendum. Ad euangelizandum miſſi ſunt Parochi. Væ ergo illis, ſi non euangelizaverint. Si quis autem eorum ſapientiâ indiget, ſcrutetur Scripturas, & poſtulet à Deo; qui dat omnibus affluenter, & non improperat; & dabitur ei.*

## Quid cavendum inter concionandum.
## Cap. IX.

*CAvebit autem modis omnibus, ne lubricus in docendo ſit, huc illucque effluens; & imprimis, ne vento doctrinarum, ab Eccleſia Catholica non receptarum, veluti nubes ſine aqua, circumferatur: ſed formam habebit ſanorum verborum ab Eccleſia. S. Paulus ad Titum ait: Loquere quæ decent ſanam doctrinam, verbum ſanum & irreprehenſibile.*

## Nihil aut fabuloſum aut ſuſpectum adferendum.
## Cap. X.

*INeptas autem & aniles fabulas devitabit: qualia ſunt, quæ ex nullis probatis autoribus, ſed potius ſuſpectiſſimis obſcurorum hominum commentis, afferuntur exempla, olim verè genealogiæ interminatæ, quod ad pietatem illa nihil fecerint: exercebit autem ſe ipſum ad pietatem; quod corporalis exercitatio ad modicum utilis ſit, pietas autem ad omnia utilis, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.*

Loqua-

## Loquacitas vitanda.
## Cap. XI.

*Neque minus vitabit prophana & vaniloquia, hoc eſt, futilem & inanem loquacitatem; quâ nonnulli, ratiocinationibus humanis, falſam ſcientiæ opinionem ſibi venantur. Sic enim ſuum compellat Timotheum D. Paulus: O Timothee, depoſitum cuſtodi; devitans prophanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.*

## Quemadmodum Parochum adverſus hæreticos pugnare deceat.
## Cap. XII.

*Paratos nos eſſe vult Apoſtolus Petrus ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea, quæ in nobis eſt, ſpe & fide; ſed cum modeſtia & timore. Neque ergo doceat, neque intendat his Parochus, quæ quæſtiones magis præſtant, quam ædificationem quæ eſt ex charitate. 1 Tim. 1, & iterum 2 Tim. 2 & 3, Paulus ait: Stultas & ſine diſciplina quæſtiones, & pugnas legis, reſpue; ſciens, quia generant lites: ſervum autem Domini non oportet litigare. Proindeque, ubi cum hæreticis res eſt, corripiet quidem eos cum modeſtia, qui reſiſtunt veritati; ſi quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo tenentur captivi ad ipſius voluntatem. Quod ſi non profecerit, hæreticum hominem poſt unam & alteram correptionem devitet; ſciens, quia ſubverſus eſt qui ejuſmodi eſt, & delinquit cum ſit proprio judicio condemnatus. Nequaquam autem ad populum verbis contendat; ad nihil enim utile eſt niſi ad ſubverſionem audientium: memor Apoſtolici ſermonis, quo rejiciuntur omnes qui ſciſſuram quærunt. Si quis enim vult contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## A ſcommatis & conviciis abſtinendum.
## Cap. XIII.

*INter concionandum ergo à ſcommatis, maledictis, ac conviciis omnino abſtinendum eſt; prædicetur pure ac ſincere Dei verbum, juxta Eccleſiarum traditionem, & Patrum ab Eccleſia Catholica approbatorum interpretationem. Quæ vero in contentionem vel diſceptationem revocari poſſunt, penitus ſileantur.*

## In contentioſis dogmatibus quomodo docendus populus ſapere.
## Cap. XIV.

*IN controverſis autem & contentioſis obſcuriſque dogmatibus, quæ ſacris voluminibus vel univerſali Eccleſiæ conſenſu expreſſe deciſa non ſunt, populus privatim (maxime cum exomologeſi ſe purgat, modò gravatam conſcientiam in hoc habeat) ita docendus eſt ſapere, atque hac cautione profiteri de his ſe credere, ſicut credit Eccleſia. hoc enim tutius, quam aſſeverare, de quo dubites, aut quod non intelligas.*

## Qualem oporteat eſſe Parochum in reprehendendis criminibus.
## Cap. XV.

*ERit quoque Parochus in reprehendendis criminibus vehemens atque acer; conſtitutus eſt enim, ut annunciet populo ſcelera eorum; ſic tamen, ut in ſuggeſtu vitia tantum reprehendat, non perſonas nominatim perſtringat. Argue, inquit Apoſtolus, increpa, obſecra, in omni patientia & doctrina. Vbi perſona arguenda, denunciatione Euangelica utendum. Si peccaverit in te frater tuus, inquit Chriſtus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Quod ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: quod ſi te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*aut trium teſtium ſtet omne verbum: quod ſi eos non audierit, dic Eccleſiæ; quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Sic Paulus Corinthium, reſipiſcere nolentem, excommunicavit. Et hic iterum Chriſti doctrina & exemplum ſequendum, ut benevolentia ſeveritatem vincat; ut paratus ſit Parochus dimittere peccanti, non modò ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties. Et, cum Chriſto, paratior ſit ad abſolvendam adulteram, ad frugem melioris vitæ revertentem, quam ad condemnandum. Quemadmodum Paulus quoque recepit Corinthium in gratiam illum, pœnitentem.*

## Manifeſta reprehenſio utriuſque poteſtatis vitanda. Cap. XVI.

*V Itanda quoque manifeſta reprehenſio utriuſque poteſtatis, tam Eccleſiaſticæ quam civilis, neque invehendum in Ordinem aliquem, aut aliquod ab Eccleſia receptum genus vivendi. Omnis enim poteſtas à Deo eſt, & propterea eatenus honoranda non inceſſenda. Sequenda præcurſoris Dominici doctrina & exemplum, qui ne milites quidem à ſe repulit, aut ulla contumelia affecit, ſed magis viam recte vivendi oſtendit. Per ejuſcemodi enim incautam reprehenſionem, plebs ad ſeditionem magis ac rebellionem incitatur; hanc murmur, odium, impatientia, contumacia, protervia, & detractionis libido comitantur, quin potius docendus populus eſt, obedire Magiſtratibus, præpoſitis ſuis, etiam diſcolis; ac interim admonendus eſt, ſi ſint Magiſtratus interdum vitioſi, id evenire, quod Dominus regnare facit malos & hypocritas propter peccata populi; omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe; quodque omnis poteſtas à Deo ſit; quod denique, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtat; niſi tamen poteſtas expreſſe præcipiat, quod eſt contra mandatum Dei; tum enim oportet plus obedire Deo, quam hominibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Quomodo corripiendi Magiſtratus.
## Cap. XVII.

*IN corripiendis vero Magiſtratibus, correctioni quoque fraternæ locus eſt; quemadmodum Ioannes reprehendit Herodem; ſic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, non populo; Non licet tibi uxorem fratris tui habere. Quâ ſi nihil promoveas, poſtulanda & exſpectanda proviſio Prælatorum ac majorum magiſtratuum eſt; qui ſi diſſimulent, etiam conſultum magis, ut ultio remittatur ad Deum, quam ut ſcandalum inde deterius ſubſequatur.*

## Admonendus eſt populus, ut oret pro Magiſtratibus.
## Cap. XVIII.

*ESt autem populus frequenter in concionibus, poſt concionem vero ſemper, diligentiſſime commonendus, ut Deum Opt. Max. pro poteſtatibus deprecetur. Obſecro, inquit gentium magiſter Paulus, ut fiant omnium obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt; ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate: hoc enim bonum eſt & acceptum coram Salvatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.*

## Notantur, qui ſecus docent.
## Cap. XIX.

*SI quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ; ſuperbus eſt; nihil ſciens, ſed languens circa pugnas & quæſtiones verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum corruptorum & qui veritate privati ſunt, exiſtimantium, quæſtum eſſe pietatem.*

## Ordo concionandi, quem ſimpliciores ſequentur. Cap. XX.

*SImpliciores ac minus eruditi concionatores, feſtis quibuſque diebus, concione, in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, cum imprecatione gratiæ Dei, (nempe ut Dominus ſuum Spiritum verbo addere dignetur) cœptâ, initio ambas lectiones, quæ Epiſtola aut Euangelium Miſſæ ejus diei appellantur, ad verbum denarrabunt. Deinde, poſt imploratam divini nominis clementiam, regrediantur ad brevem utriuſque lectionis dilucidationem; locos aliquot communes ex utraque deligentes, quibus populus ad vitæ pietatem, charitatemque Dei ac proximi, inflammetur. Denunciabunt quoque, quid Eccleſia Dei eo die potiſſimum Deum oret ac precetur, quod in precationibus ſeu Collectis, quæ poſt cantatum Kyrie eleiſon, aut, Gloria in Excelſis, dicuntur, continetur: ac hortabuntur populum, ut idem pariter, interea dum Sacra aguntur, Deum oret, ſi non verbotenus, mente tamen.*

## Sanctorum hiſtoriæ quatenus attingendæ. Cap. XXI.

*SAnctorum hiſtoriis ne nimis diu immorentur; quin potior pars (uti jam diximus) Euangelio detur & Epiſtolæ explicandis. quod ſi fabuloſa videbitur hiſtoria, ne attingant quidem; ſi veriſimilis, leviter; eaque decerpant, quæ imitanda videantur. Miracula quoque ne impudentius jactentur, niſi quæ Scripturis prodita, aut à non levibus ſcriptoribus, ſumma cum hiſtoriæ fide, tradita fuerint.*

## Allegoriæ quomodo explicandæ. Cap. XXII.

*SI quas allegorias, aut ſenſus Scripturæ reconditiores, ſpiritualia ſpiritualibus conferentes, adferre velint; has ex receptis Ec-*

*cleſiæ Doctoribus, veluti Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Chryſoſtomo, ac ſimilibus comprobatis autoribus deſument.*

## Quomodo finienda Concio. Cap. XXIII.

VBi ad calcem concionis deventum erit, brevi Epilogo, quo argumentum ac capita totius concionis renarret, utatur. id enim ad captum, ac fulciendam memoriam auditorum, plurimum fecerit.

## Quid recitandum finita Concione. Cap. XXIV.

DEbet quoque, finita concione, Decalogus ac Symbolum fidei, & ſuccinctè & exertè recitari; illa quoque exomologeſis ac publica peccatorum confeſſio, cum imploratione miſericordiæ Dei, pure ac diſtincte pronunciari, ac moneri populus, ut iiſdem verbis Sacerdotem pronunciantem ſubſequatur; ac deinde recenſeri conſolatoria imprecatio remiſſionis peccatorum, ut populus, dejecto, contrito, humiliato animo, ac toto corde, cum Presbytero accingatur ad myſterium ſuæ redemptionis (quod in altari tractatur) contemplandum, fructumque Dominicæ Paſſionis, quæ in Altaris myſterio commemoratur repræſentaturque, participandum.

## Quomodo, finita Concione, populus excitandus ad orandum pro defunctis. Cap. XXV.

CVm multum plerumque temporis, parvo cum fructu, teratur in recenſendis ſingulatim defunctorum nominibus, ubi viritim pro quolibet exigitur una Oratio Dominica, idque interdum non citra ſuſpicionem vel quæſtus vel ambitionis fiat: nobis potius videbitur, ut populus, ad communem pro defunctis orationem pie ac devote dicendam, accendatur, & hæ genealogiæ intermittantur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Quomodo in Cathedra Sacerdos ſe gerere debeat.

### Cap. XXVI.

DEcantato, *in Miſſa ſolemni,* Credo; *Sacerdos, poſita ad cornu Epiſtolæ caſula & manipulo, Cathedram conſcenſurus, indutus aut veſte alba & ſtola, aut ſuperpelliceo & ſtola convenienti, pro diverſitate temporum, pileum quadratum manu deferens, illum in Cathedra deponat; &, ſi Venerabile Sacramentum ſit expoſitum, eum nunquam, aliàs lecto* Euangelio, *ad initium dictionis, imponat, & ad finem dictionis (uti etiam, ſi quando nomen* Iesus *pronunciat,) reverenter deponat. Primo itaque, in Cathedra deponens quadratum pileum & Euangeliorum librum, per unum circiter Ave Maria ſubſiſtat, & circumſpiciat, auditoreſque præſentes notet, donec ad quietem ſe populus compoſuerit; deinde pergat lingua vulgari Germanica; & formet majorem Crucem, dicens:* Im Nahmen Gottes des Vatters/des Sohns ✠/ vnd des Heiligen Geiſts/ Amen. Nach dieſem folget das Thema, ſo er in Lateiniſcher Sprach außſpricht v. g. am Newen Jahrs tag / Et vocatum eſt nomen ejus Iesus, *Lucæ* 2. *cap.* Darnach ſagt er langſamb dieſe folgende Wort. Die Gnade/ Friede/ vnd Barmhertzigkeit Gottes des Himliſchen Vatters/ die liebe ſeines Eingebornen Sohns Chriſti Ieſu, die Gemeinſchafft vnd Einſprechung des Heiligen Geiſts/ ſei vnd bleibe bei vns allen/ Amen.

*Pro diverſitate temporum, loco verborum,* die liebe ſeines eingebornen Sohns/ *dicat in Adventu,* die Ankunfft Chriſti Ieſu; *in Quadrageſima,* das bittere Leiden vnd Sterben vnſers Herrn Chriſti Ieſu; *circa Paſchalia Feſta,* die fröliche vnd frewdenreiche Vrſtendt Chriſti Ieſu; *circa Aſcenſio-*

 *nem,*

*nem*, die glorwürdigſte Himmelfarth Chriſti Ieſu &c. ſei vnd bleibe &c.

*Deinde clara voce dicat*: Die wort / ſo ich ewer Lieb vnd Andacht jetzt in Lateiniſcher Sprach habe vorgehalten/ ſeind genommen aus dem Heiligen heutigen Euangelio, ſo vns beſchreibt der Heilig Euangeliſt Lucas am 2 capit. ſeiner Euangeliſchen hiſtorie. *Si ſit Epiſtola, Lectio, vel alius Scripturæ textus, loco ſupradictorum verborum*, ſeind genommen aus dem heutigen Euangelio, *dicat*, ſeind genommen aus der heutigen Epiſtel/ Lection, oder aus der Heiligen Göttligen Schrifft / vnd werden beſchrieben bei dem Heiligen Apoſtel N. oder Weiſen Man / oder im erſten Buch N. am N. capitul/vnd lauten auff vnſere allgemeine Teutſche ſprach alſo: V. G. **Vnd ſein Nahme ward genennet Jeſus.**

*Finito themate, dicet*: Diß ſeind die wort Chriſti, ſo Er geredet zu ſeinen Apoſtelen / Jüngeren/ Juden oder Phariſeern. *Deinde, voce aliquantulum ſubmißiore, perget, & dicet*, Von dieſen obangezogenen worten ehe wir etwas weiter reden/wollen wir zuvor die gnad Gotts durch ein andächtiges Vatter vnſer vnd Heiligen Grueß demütigſt begeren/ vnd betten. *Poſt hæc, ſtans, clara voce orabit, Pater noſter, Ave Maria, & Credo, Germanice. Tempore Nativitatis, Paſchatis, Aſcenſionis & Pentecoſtes, dicet ſequenti modo, antequam oret Pater & Ave*: Dieſes zu erhalten/ laſſet vns die gnad Gottes des Herrn / durch das gewonliche Chriſt- Oſter- Auffarth- oder Pfingſt-geſang / demütigſt begeren/ vnd ſingen. *In Nativitate, ante concionem*, Ein Kindelein ſo löbelich. *poſt concionem*, Gelobet ſeiſtu Herr Ieſu Chriſt. *In Paſchate, ante concionem*, Chriſt iſt erſtanden. *poſt concionem*, Chriſt fuhr gen Himmel. *In Pentecoſte, ante & poſt concionem*, Nun bitten wir den heiligen Geiſt/ &c.

Per-

*Peracto cantu, recitabit clara voce,* Vatter vnſer *&c.* *&*, Gegrüſſet ſeiſtu Maria.

*Poſt hæc dicat Concionator:* Stehet auff/vnd höret an/die wort der heutigen Epiſtel/oder Lection, ſo vns beſchreibt de Heiliger N. am N. capitul. *Abſoluta Epiſtola, vel Lectione, dicit*, Bezeichnet euch mit den Zeichen des heiligen Creutzes. *Hic formet parvam Crucem, ante frontem, os, & pectus, dicens*, vnd ſprechet / Im namen Gottes des Vatters ✠/ des Sohns ✠/vnd des heiligen Geiſts ✠/Amen: höret an die wort des Heiligen heutigen Euangelii, welches vns beſchreibet der Heilig Euangeliſt N. am N. capitul ſeiner Euangeliſchen Hiſtorie / vnd lauten auff vnſere algemeine Teutſche Sprach alſo. *Lecto Euangelio, ſubjungit*, So weit verſtrecken ſich die wort des Heiligen heutigen Euangelii, durch welcher krafft verzeihe vns Gott alle vnſere ſünd vnd miſſethat/Amen. *His præmiſſis, repetat Thema; & concionem ordiatur; &, ne moleſtus ſit, infra horam finiat.*

*Finita concione, hortetur populum ad preces, hac ſimilive forma:* Weiln wir im Herrn verſamlet/ ſo laſſet vns abermahlen Gott demütigſt anruffen / daß der geworffene Same Göttliches worts in vnſeren hertzen möge frucht bringen/Laſſet vns auch bitten fur alle Stände der Chriſtenheit/ Päbſtliche Heiligkeit/ Käiſer / Könige/ Fürſten vnd Herren/ für alle Geiſt- vnd Weltliche Obrigkeit / zu forderſt aber für vnſeren Hochwürdigſten Biſchoff N. (wan aber kein Catholiſcher Biſchoff iſt/Für vnſern Hochwürdigſten Metropolitanum Ertzbiſchoff zu Cöln / auch N. vnſeren Gnädigſten Landsfürſten vnd Herrn/) daß der Almägtiger Gott in fried vnd einigkeit / bei langwiriger regirung vnd geſundheit dieſelbe gnädigſt erhalten wolle/ Laſſet vns auch weiter bitten für abwendung aller woll-

verdienten ſtraffen/ als tewrungen/ krieg/ peſtilentz/ vnd kranckheiten/für bekehrung aller irrigen im glauben/vnd beſſerung deren die in ſünden leben/ für alle krancke/ beſchwerte/ gefangene/ vnd betrübte von hertzen/ für alle abgeſtorbene/ benentlich dieſe (*quorum nomina legat,*) auch für die/ ſo ſich vnſerem Gebett befohlen/ vnd für welche wir zu betten ſchuldig ſein/ letzlich auch (*ſi talis commendetur*) für eine Gott bekante ſache N. wie auch für eine krancke Perſon N. für einen oder mehr reiſende N. N. Laſſet vns derowegen mit andächtigem hertzen bitten vnd betten. *Hic recitet, vulgari lingua, præcepta Dei & Eccleſiæ, ſacroſancta ſeptem Sacramenta, & quatuor noviſſima: deinde diſtinctâ voce dicat ſequentem Orationem, cum confeſſione generali.*

## Ein Gebett für das gemeine anligen der Chriſtenheit nach der Predigt.

ALlmägtiger/ ewiger Gott/ Herr Himliſcher Vatter/ ſihe an mit den augen deiner grundloſen Barmhertzigkeit vnſern jammer/ elend vnd noth/ Erbarme dich vber alle Chriſtgläubige/ für welche dein Eingeborner Sohn/ vnſer lieber Herr vnd Heiland Ieſus Chriſtus, in die händ der Sünder williglich kommen/ vnd auch ſein roſenfarbes Blut am ſtamme des heiligen Creutzes vergoſſen hat. Durch dieſen Herrn Ieſum wende ab/ gnädigſter Vatter/ die wollverdiente ſtraffe/ gegenwertige vnd zukünftige gefehrligkeiten/ ſchädliche empörungen vnd kriegsrüſtung/ tewrung/ kranckheiten vnd betrübte armſelige zeiten/ Erleuchte auch vnd ſtärcke/ in allem guten/ Geiſtliche vnd Weltliche Obrigkeit vnd Regenten/

damit ſie alles förderen / was zu deiner Göttlichen ehr / zu vnſerm Heil / vnd zu gemeinem frieden vnd wollfahrt der Chriſtenheit gedeien mag.

Verleihe vns / O Gott des friedens / rechte vereinigung im Glauben / ohne alle ſpaltung vnd zertrennung / bekehre vnſere hertzen zu wahrer Buß vnd beſſerung vnſers leben. Zünde an in vns das Fewr der Liebe / gib ein hunger vnd eifer aller Gerechtigkeit / damit wir / als gehorſame Kinder / im Leben vnd Sterben dir angenehm vnd wolgefällig ſein mögen.

Wir bitten dich auch / wie du wilt / O Gott / das wir bitten ſollen / für vnſere Freunde vnd Feinde / für Geſunde vnd Krancke / für alle betrübte vnd elende Chriſten / für Lebendige vnd Abgeſtorbene. Dir ſei einmahl befohlen / O Herr / all vnſer thun vnd laſſen / vnſer handel vnd wandel / vnſer leben vnd ſterben. Laß vns nur deiner Gnaden hie genieſſen / vnd dort mit allen auſſerwehlten erlangen / das wir in ewiger Frewde vnd Seligkeit dich Loben vnd Ehren mögen. Das verleihe vns / Herr Himliſcher Vatter / durch Ieſum Chriſtum deinen lieben Sohn / vnſern Herrn vnd Heiland / welcher mit dir vnd dem Heiligen Geiſt gleicher Gott lebt vnd regiert in Ewigkeit. Amen.

## Ein gemeine Beicht nach der Predigt.

ICh armer Sündiger Menſche wiederſage dem böſen Feind / allem ſeinem eingeben / rath vnd that: Jch gläub in Gott den Vatter / in Gott den Sohn / vnd in Gott den Heiligen Geiſt. Jch gläub gäntzlich / was die gemeine Chriſtliche Kirch befilcht zu gläuben. Mit dieſem Heiligen Catholiſchen

Glauben / beichte ich / vnd bekenne Gott dem Allmägtigen / Mariæ ſeiner hochwürdigen Mutter / allen lieben Heiligen/vnd geb mich ſchuldig/daß ich/von meinen kindlichen tagen an/ biß auff dieſe ſtund / offt vnd viel geſündigt hab/ mit gedancken / worten/ wercken / vnd vnterlaſſung vieler guten wercken / Wie dan ſolches alles geſchehen iſt heimlich oder offentlich/wiſſentlich oder vnwiſſentlich / wider die Zehen Gebott / in den ſieben Thodtſunden/an den fünff ſinnen meines Leibs/wider Gott/wider meinen Nechſten/vnd wider das Heil meiner armen Seel. Solche vnd alle meine ſünde ſeind mir leid von hertzen. Bitte darumb demütiglich dich ewigen barmhertzigen Gott / du wolleſt mir deine Göttliche gnad verleihen / mein leben friſten ſo lang bis daß ich alle meine ſünd mög beichten vnd büſſen / deine Göttliche huld erwerben / vnd nach dieſem elenden Leben die ewige Frewd vnd Seligkeit erlangen. Derhalben klopff ich an mein ſündiges Hertz / vnd ſpreche mit dem offenen Sünder : O Herr Gott/biß gnädig mir armen ſündigen Menſchen/Amen.

*Confeſſione generali finita, dicat :*

Miſereatur veſtri omnipotens Deus, &, dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos in vitam æternam.

Indulgentiam,abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum veſtrorum, tribuat vobis omnipotens & miſericors Dominus, Pater, & Filius ✠, & Spiritus ſanctus. Amen.

*Poſt quæ omnia, promulget jejunia, Feſta, matrimonia, & ſi quæ alia proclamanda. In diſceſſu vero cantent*, Verleihe vns Friede gnädiglich/ &c.

*Si vero poſt meridiem concionatus fuerit, abſoluta cantione*, Verleihe vns Friede &c. *ſubjungat collectam de Pace; & demum addat Antiph. & Collectam de B.V. tempori aptam. Deinde,*

*poſt-*

*poſtquam dixerit Verſum*, Divinum auxilium *&c. benedicat populum.*

# DE CVRA PASTORALI
## CIRCA CERTAS PERSONAS.
### De Sacellanis, Vicariis, Altariſtis, *&c.*

I. P*Arochi omnes, de ſua juriſdictione ac Canonica inſtitutione ſive inveſtitura, coram ſuo quiſnue Superiori ſeu Decano rurali, per legitima qiſtrumenta fidem faciant: ac, ad manus ejuſdem, profeßionem fidei edant, ſecundum formam, à ſacra Tridentina Synodo præſcriptam.*

II. *Provideant etiam ac advigilent, ut nullus Sacerdos, ſive Sæcularis, ſive Regularis, etiam exemptus, adminiſtrationem Sacramentorum, & præcipue Confeßionum audiendarum munus, aut prædicationem verbi divini, in Eccleſiis ſuis publice ſibi ſumere audeat, niſi doctrina, moribus, & vita probatus fuerit Epiſcopo aut ejus Vicario, ejuſdemque approbationem aut reſpectivè benedictionem (quæ gratis dabitur) in ſcriptis obtinuerit; privilegiis contrariis quibuſcunque & conſuetudine etiam immemoriali non obſtantibus.*

III. *Porro, convenit, ut conſtitutionem iſtam Paſtores in concionatorum admißione ideo diligenter admodum obſervent, quod, decreto magni Concilii Lateranenſis, omnes, qui prohibiti vel non mißi, præter autoritatem ab Apoſtolica Sede vel Catholico Epiſcopo loci ſuſceptam, publice vel privatim prædicationis officium uſurpare præſumſerint, excommunicationis vinculo innodari, &, niſi quantocius reſipuerint, alia competenti pœna plecti jubeantur.*

IV. *Non permittant etiam Paſtores ulli vago, ignoto, pere-*

*grino Sacerdoti, ſive Sæcularis ſive Regularis ſit, in ſuis Eccleſiis celebrare, aut alios actus ſacros exercere, priuſquam de ordinatione ſua rite adepta, deque vita, moribus, eruditione, & titulo, fidem fecerit per Ordinarii ſui ſeu reſpective Superiorum ſuorum litteras, aut publica inſtrumenta, docueritque, nullo Eccleſiaſtico impedimento ſe ab executione Ordinis arceri, & à Nobis, vel Vicario noſtro in ſpiritualibus, licentiam in ſcriptis obtinuerit.*

V. *Et, ſicut Paſtorum eſt munus, operam dare, ne ſacrarum fundationum jura in ſuis Eccleſiis intercidant, neve erecta à fidelibus Officia Miſſarum, aliæque fundationes piæ, miniſtrorum negligentia omittantur, aut etiam ſine gravi cauſa non omnino depereant; ita quoque curabunt ne Altariſtæ ſeu Vicarii ſibi in aliquo derogent vigore ſtatuti Archiepiſcopalis Metropolitici, quo diſtricte ſub pœna excommunicationis injungitur omnibus Altariſtis, Capellanis perpetuis, Beneficiatis, intitulatis in Eccleſiis Parochialibus, aut, juxta limites earundem, Plebanis ac Rectoribus Matricis Eccleſiæ, quo ad jura, ipſis tam de jure quam de conſuetudine debita, intendant reverenter, ſi Canonicam effugere velint ultionem.*

## De Cuſtodibus ſeu Campanariis.

I. C*Vſtodes nullo modo admittantur, niſi Catholici & probæ vitæ, ac prævia fidei profeſſione; neque aſſumantur, niſi de conſenſu Paſtoris, & Epiſcopi, vel ejus Vicarii, approbatione ac examine prævio.*

II. *Quantum fieri poterit, literati recipiantur, qui ad communiter in templis uſitata Presbyteris reſpondere valeant, & ſciant, quæ ſui ſunt Officii, nec non cantum Gregorianum.*

III. *Singulis annis Cuſtodes tradant ſuis Decanis deſcriptiones ſuorum proventuum, ſub pœna duorum Thalerorum.*

IV. *Emittant etiam juramentum fidelitatis; ac præſtent,*

*ante*

*ante ſuam admiſſionem, debitam & ſufficientem cautionem.*

V. *Tradatur Cuſtodibus Inventarium bonorum Eccleſiæ, juxta quod, quando Paſtoribus viſum, res, ſibi creditas, ipſis exhibeant, atque recte à ſe habitas & ſervatas probent.*

VI. *Panes & alios reditus, Cuſtodibus debitos, fideliter ac irremiſſibiliter exigant, ſub pœna privationis.*

VII. *Lampades & luminaria Eccleſiæ interteneant; curentque, ut Eccleſiæ altaria, candelabra, vaſa, imagines, & alia ornamenta, ſint munda; &, quoties opus erit, auferant aranearum telas, ac pavimentum templi everrant.*

VIII. *Vt ter in die, juxta morem Eccleſiæ, pulſent; uti & ſub elevatione in Sacro ſummo; & cætera fideliter faciant, quæ antiquitus, & de jure, Cuſtodibus incumbunt.*

IX. *Denique, ut religioſe ſua exequantur officia, non in quotidianis ſuis veſtibus miniſtrent, ſed, tempore Divinorum, linea veſte ſeu ſuperpelliceo ſint induti, ſub pœna depoſitionis ab officio, ſi in hoc rebelles extiterint.*

## Iuramentum Cuſtodis.

JCh N. verheiſſe vnd gelobe Gott/ vnd ſeiner lieben Mutter/ allen Heiligen/ vnd S. N. dieſer Pfar-Kirchen (oder Capellen) Patron, daß ich trewlich alle Kirchengütter vnd ſachen/ fürnemlich aber die ſchlüſſel der Kirchen/ ſo lang ich am Ampt bin/ verwaren will/ Lobe auch dieſelbigen wider meines Pfarherrns oder deſſelbigen Geiſtlichen Obrigkeit niemand zu liefferen. Dem Pfarherr/ oder Geiſtlicher Obrigkeit/ als Biſchoff vnd Land-dechant/ will ich in allen dingen/ ſo mein Ampt antrifft/ vnd ſo lang ich dasſelbige habe/ gehorſamb ſein/ vnd was der Kirchen nützlich ſein wird/ das wil ich beforderen/ was aber dem dienſte Gottes abbrüchig/ der Kirchen

ſchädlich oder vnehrlich mögen ſein/ nach meinem vermö-gen/vmb Gottes vnd meiner armen Seelen Heil willen/ gerne vnd fleiſſig alle zeit verhinderen. So helffe mir Gott/ alle ſeine Heiligen/ vnd dieß Heilige Euangelium: In principio &c.

## De Ludimagiſtris & Organœdis.

I. *NVlli admittantur vel tolerentur Ludimagiſtri, niſi cum præſcitu & examine Decani deſtrictus in quo Schola ſita fuerit, & Ordinarii, vel ejus Vicarii in ſpiritualibus.*

II. *Ante admiſſionem faciant profeſſionem fidei Catholicæ.*

III. *Iurabunt quoque, ſe non admiſſuros neque docturos hæreticorum libros, ſed tantum à Decano & Paſtore approbatos.*

IV. *Debitam Decanis & Paſtoribus obedientiam ſpondebunt.*

V. *Dominicis & Feſtis Diebus, pueros ad Sacrum atque concionem, & ad Veſperas, ſeu alia officia divina, adducant.*

VI. *Quater ad minimum eoſdem in anno confiteri faciant.*

VII. *Prælegent Catechiſmum Romanum, aut alium, cum Decani & Paſtoris conſenſu.*

VIII. *Nullas exhibebunt comœdias, niſi à Decanis & Paſtoribus approbatas.*

IX. *Quantum fieri poterit, quotidie pueros in cantu Gregoriano inſtituant; minimùm autem omnibus ſabbathinis & profeſtis diebus.*

X. *Organœdi facient & ipſi profeſſionem fidei, & juramento ſe obſtringent, quod fidam Organi curam officiique ſui habere rationem, in iiſque, quæ ad illud pertinent, Decano aut Paſtori obedire, & non niſi conſuetas in Eccleſiis melodias in Organo ludere velint.*

Iura-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Iuramentum Ludimagiſtri.

ICh N. N. verheiſſe vnd gelobe Gott dem Almägtigen/ Mariæ ſeiner lieben Mutter/ S. N. N. vnſer Kirchen Patron (oder Patroninnen) auch allen lieben Gotts Heiligen/ daß ich dieſes mir auffgetragenes Schuel-ampt getrewlich verrichten/ den allein Säligmachenden Römiſchen Catholiſchen Glauben bekennen vnd lehren will; auch keinerlei weiſe zulaſſen/ das vncatholiſche Bücher in die Schuel gebracht/ oder von meinen ſchuel-kinderen/ viel weniger von mir oder den meinigen/geleſen werden. Neben dem/ verſpreche ich auch/ daß ich meinem herrn Decano oder Paſtori, vnd deſſen Geiſtlichen Obrigkeit/ſo woll in der Kirchen als Schueldienſt/ wie auch allen/ mein ampt betreffenden ſachen/ vnterthänig vnd gehorſamb ſein wolle. So war helffe mir Gott vnd ſein Heiliges Euangelium: In principio &c.

## Iuramentum Organœdi.

ICh N. N. gelobe Gott dem Almägtigen/ ſeiner lieben Mutter/ S. N. N. vnſer Kirchen Patron (oder Patroninnen) vnd allen Gotts Heiligen/ daß ich die mir anbetrawete Orgel fleiſſig bewaren/ daran nichts muthwilliger weiſe verderben laſſen/ vnd darauff keine andere/ als von der Kirchen vnd Geiſtlicher Obrigkeit approbirte Melodeien ſpielen/ meinem herrn Decano, oder Paſtori, vnd deſſen Geiſtlichen Obrigkeit/ in allen dieſes mein Ampt betreffenden ſachen/ gehorſamb vnd vnterthänig ſein wolle. So war helffe mir Gott vnd ſein Heiliges Euangelium: In principio &c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Iuramentum der Kirchen/Armen/Hoſpitaler/ vnd Begginen-häuſer Proviſoren.

Ich N. N. gelobe Gott dem Allmägtigen / Mariæ ſeiner lieben Mutter / S. N. N. vnſer Kirchen Patron (oder Patroninnen) vnd allen lieben Heiligen/daß ich dieſes mir anbetrawetes Ampt getrewlich bedienen/ der Kirchen (oder Armen/ Begginen/ oder Gaſthauſſes) Renten fleiſſig einmahnen / vnd zu derſelben beſten verwenden/auch davon jährlichs richtige rechnung meinem herrn Decano oder Paſtori thun wolle. Deme ich dan / wie auch deſſen Geiſtlicher Obrigkeit / in allen mein Ampt betreffenden ſachen/ zu gehorſamen vnd nach deſſen Rath alles anzuwenden vnd zu diſpenſiren verſpreche. So war helffe mir Gott vnd ſein Heiliges Euangelium : In principio erat Verbum, &c.

### De Magiſtris Fabricæ.

I. *Magiſtri Fabricæ ſint Catholici, ac profeßionem fidei ac fidelitatis juramentum edant.*

II. *Neceſſaria Eccleſiæ, & ad eandem ſpectantia, procurabunt; diligenterque curabunt, ne bona fabricæ in alium uſum convertantur.*

III. *Nihil novi procurent vel ædificent contra Paſtoris conſenſum.*

IV. *Computum quotannis, non ſine Paſtoris præſentia, exhibeant; ac, requiſiti, parati ſint reddere rationem omnium redituum, Archidiaconis aut ſuis Commiſſariis, viſitantibus, aut aliàs exigentibus.*

## De Magiſtris Pauperum & Hoſpitalium.

I. *MAgiſtri pauperum, & Rectores Hoſpitalium, non aſſumantur niſi Catholici.*

II. *Non diſtribuant eleemoſynas aliis perſonis, quam iis, quibus ex fundatione debentur.*

III. *Agnoſcant Archidiaconos & Paſtores, tanquam generales proviſores pauperum & perpetuos, quibus pauperum cura incumbit.*

IV. *Vtrique juramentum fidelitatis præſtent; & benevolos ſe erga pauperes demonſtrent.*

V. *Advigilent diligenter, ne infirmi ſine Sacramentis Eccleſiæ è vita diſcedant, aut neceſſariâ curâ ſalutis deſtituantur.*

VI. *Sic, ubi profanata ſunt Hoſpitalia, reſtituantur; & divina Officia ibidem, juxta fundationes, peragantur.*

## De Obſtetricibus deligendis, & earundem inſtructione ac juramento.

I. *PErmagni, ut Reipublicæ, ita Eccleſiæ intereſt, ut obſtetricandi munus non quævis promiſcue mulieres, verum certæ delectæque, obeant. ut enim, ex imperita incautaque ejus adminiſtratione, infantes multi certam vitæ hujus momentaneæ patiuntur jacturam; ita metuendum, ne non pauci, impia quarundam obſtetricum fraude, etiam ſalute ſempiterna malevole priventur.*

II. *Quocirca operam dabit Parochus, etiam, ſi opus ſit, adhibitâ Magiſtratus civilis vel Ædilium Parochiæ autoritate, ut, quoties Obſtetrix deſignanda, honeſtiores ac probiores ſuæ Eccleſiæ feminæ convocentur. Has ſedulo admoneat, ut, depoſito omni odio, amore, vel favore,*

*quam*

*quam crediderint ad officium hoc omnium aptiſsimam & fideliſsimam, & præcipue quam nunquam de maleficio vel alio crimine noverint ſuſpectam fuiſſe, deſignent, & quidem, ſi iſtud Parochiæ amplitudo requirat, etiam plures.*

III. *Cum vero aliqua electa & conſtituta fuerit, curabit, ut ea mox, juxta ſubjectas formulas, & inſtruatur & juramentum præſtet: quod quidem ipſa per ſe legat, ſi poſsit; ſin minus, Parochus prior pronunciet, & illa ſequatur, eadem & ſingula verba repetens.*

## Inſtructio Obſtetricum.

I. A*Nte omnia formam Baptizandi bene ſciant, dicendo lingua vulgari:* **Ich tauffe dich im Nahmen des Vatters ✠/ vnd des Sohns ✠/ vnd des Heiligen ✠ Geiſts**/ Amen. *ſimul proferendo verba, & effundendo aquam.*

II. *Vt in nullo alio liquore infantes baptizent, præterquam ſola aqua naturali; puta puteali, fontana, pluviali, &c.*

III. *Vt in baptizandis parvulis hoc intendant facere, quod facit* Eccleſia Catholica, *cum eos baptizat.*

IV. *Vt nunquam, ad levandum partus dolores, vel ad partum accelerandum, ſuperſtitioſas aut illicitas artes circa infantes aut parturientes matres adhibeant.*

V. *Vt ab illarum prolium Baptiſmo ſemper abſtineant, quas mortuas viderint nec ullum vitæ ſignum edere.*

VI. *Vt nunquam baptizent pueros, niſi in neceſsitate; hoc eſt, ubi mortis periculum metuitur.*

VII. *Vt, ſi puer periculum evaſerit, quamprimum deferant ad Eccleſiam, ut, à Sacerdote, omnes omiſſæ cærimoniæ & ſacræ unctiones ſuppleantur, ipſæque, quod à ſe factum, Paſtori aperiant.*

VIII. *Vt, ſi partus ſit difficilis, & infanti periculum immineat, ſi quidem caput emerſerit, baptizari poſsit, nec neceſſe ſit ullum poſtea fieri* Baptiſmum; *eo quod in capite ſenſus omnes vitæ-*

*que integritas exiſtat, quæ in membris aliis non reperitur; & proinde, ſi non niſi aliud aliquod membrum egreſſum ſit, poſſit quidem, urgente periculo, infans baptizari, ſed, ſi poſtea totus plane editus fuerit, ſitque periculum, ne, antequam Sacerdotis copia haberi poſſit, moriatur, ſub conditione ab obſtetrice baptizari queat, hoc modo:* Si non es baptizatus, baptizo te, in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritus ſancti ✠.

IX. *Vt parentes, quorum proles, ipſis obſtetricantibus, natæ ſunt, admoneant, ut eas quamprimum, aut certe intra octiduum, baptizari curent; iſtud negligentes, Paſtori denuncient.*

## Iuramentum Obſtetricum.

ICh N. verheiſſe vnd verſpreche Gott dem Allmägtigen vnd ſeiner gebenedeiten Mutter/ vnd dem N. oder N. Patronen dieſer Kirchen/ vnd allen heiligen Gottes/ auch euch meinem Pfarherrn/ in gegenwertigkeit dieſer anweſenden Perſohnen: daß ich mein Ampt in erlöſung der gebehrenden Frawen wil getrewlich (ſo viel mir müglich) in dieſer Pfarr/ oder wo es ſonſt billich von mir gefordert wird/ verrichten: Neben dem wil ich auch durch meine Vnachtſambkeit die Kinder keines wegs in gefahr laſſen kommen/ ſondern andere Frawen/ welche darumb beſſeren verſtand haben dan ich/ in dieſer Sachen gern rath fragen. Ich verheiſſe auch/ daß ich keines wegs gebrauchen werde einige vnerlaubte Mittel/ welche einigem Gebotte Gotts zu wieder ſein: vnd daß ich alles auffs trewlichſt verrichten werde/ ohne haß/ neid/ oder nachred/ ſondern in allen ehren/ wie mir das für Gott vnd den Menſchen zu verantworten gebühren wird/ zu befürderung geiſtlicher vnd leiblicher Geſundheit/ ſo wol der Mutter als des Kinds. So wahr helffe mir Gott vnd ſein heiliges Euangelium.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sacerdos ſubjiciat:* Fraw/ verheiſſet jhr diß nicht alſo/ vnd thut ewren eidt darauff? *Obſtetrix reſpondet:* Ja/ Herr. *Subjungit Sacerdos:* So leſet die wort des H. Euangelii/ vnd leget darauff ewre finger/ vnd ſaget/ Im anfang ꝛc.

# FORMVLA PROFESSIONIS FIDEI CATHOLICÆ.

EGo N. N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia utitur; videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum; conſubſtantialem Patri; per quem omnia facta ſunt; qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de cælis; & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt; & reſurrexit tertia die, ſecundum Scripturas; & aſcendit in cælum; ſedet ad dexteram Patris; & iterum venturus eſt cum gloria, judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum & vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur; qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum; & exſpecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes & conſtitutiones, firmiſſime admitto & amplector.

Item, ſacram Scripturam, juxta eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto: nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum, interpretabor.

Profiteor quoque, ſeptem eſſe vere & proprie Sacramenta novæ legis, à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis, neceſſaria; ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; atque ex hiſce Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipio & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de juſtificatione, in SS. Tridentina Synodo, definita & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter, in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis & defunctis, atque in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter Corpus & Sanguinem, una cum anima & divinitate, Domini noſtri Ieſu Chriſti; fieriq; converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem; quam converſionem Catholica Eccleſia tranſſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam, ſub altera tantum ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum, ſumi.

Conſtanter teneo, Purgatorium eſſe, animaſque, ibi detentas, fidelium ſuffragiis juvari.

Similiter & Sanctos, una cum Chriſto regnantes, venerandos atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre; atq; eorum Reliquias eſſe venerandas.

Firmiter aſſero, imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas eſſe; atque eis debitum honorem & venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe, affirmo.

Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici, B. Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo ac juro.

Cætera item omnia, à ſacris Canonibus & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor; ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque, ab Eccleſia damnatas, rejectas & anathematizatas, ego pariter damno rejicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte confiteor, & veraciter teneo; eandem integram & immaculatam, uſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſime (Deo adjuvante) retinere & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis quorum cura ad me in meo munere ſpectabit, teneri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum; Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Initium ſancti Euangelii ſecundum Ioannem. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, *&c.*

## Folget die obgeſetzte Bekåntnuß des Catholiſchen Glaubens zu Teutſch.

JCh glaub vnd bekenne / mit beſtåndigem Hertzen / alle vnd jede ſtůck / ſo im Chriſtlichen Glauben / den die H. Rômiſche Kirch auff dieſe weiſe gebrauchet / verfaſſet ſeind. Nemlich: Jch glaube in einen Gott Vatter dem Allmågtigen / Schôpffer des Himmels vnd der Erden / aller ſichtbahrer vnd vnſichtbahrer dingen. Vnd in einen Herꝛn Ieſum Chriſtum, den eingebohrnen Sohn Gottes / aus dem Vatter gebohren von Ewigkeit / Gott von Gott / Licht von Licht / wahren Gott vom wahren Gott / gebohren vnd nicht erſchaffen / gleicher ſubſtantz vnd weſens mit den Vatter / durch den alle ding erſchaffen ſeind / welcher / vmb vns Menſchen vnd vnſers Heils willen / vom Himmel herunter geſtiegen / vnd durch den H. Geiſt / aus Maria der Jungfrawen / Fleiſch an ſich genommen hat / vnd iſt Menſch worden. Er iſt auch fůr vns vnter Pontio Pilato gecreutziget / hat gelitten / vnd iſt begraben worden / am dritten Tag / laut der heiligen Schrifft / wiederumb aufferſtanden von den Todten / iſt auffgefahren in den Himmel / ſitzet zur Rechten Gottes des Vatters / vnd wird widerumb kommen mit Herligkeit / zu richten die Lebendigen vnd die Todten / welches Reichs kein end wird ſein. Jch glaub auch in den heiligen Geiſt / den lebendigmachenden Herꝛn / der vom Vatter vnd Sohn hergehet / welcher ſampt dem Vatter vnd Sohn zugleich angebetet vnd geehret wird / der da geredet hat



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

durch die Propheten. Ich glaube auch ein einige heilige allgemeine vnd Apoſtoliſche Kirchen. Ich bekenne eine Tauff zu vergebung der Sünden / vnd warte auff die Aufferſtehung der Abgeſtorbenen / vnd auff ein ewiges zukünfftiges Leben / Amen.

Alle Apoſtoliſche geiſtliche Satzungen / ſampt allen anderen Ordnungen vnd Gebräuchen der Catholiſchen Kirchen / nehme ich an / vnd halt ſie fäſtiglich. Die heilige Schrifft verſtehe ich vnd laß ſie zu / in vnd nach dem Verſtand / welchen vnſere heilige Mutter die Chriſtliche Kirch bisher gehabt vnd noch hält: Sintemahl jhr zugehört / den wahren Verſtand vnd Außlegung der heiligen Schrifft von dem falſchen zu vnterſcheiden.

Ich wil auch gemeldte H. Schrifft allezeit nach der einhelligen Außlegung der heiligen Vätter verſtehen vnd annehmen / vnd nicht anderſt.

Ich glaub vnd bekenne / daß wahrlich vnd eigentlich ſieben Sacrament des newen Teſtaments / von Chriſto vnſeren Herrn ſelbſt eingeſetzt / vnd dem Menſchlichen Geſchlecht ſehr nützlich / wiewol nicht alle einem jeden Menſchen zur Seeligkeit nothwendig ſeind: Als nemblich / der Tauff / Firmung / das Sacrament des Altars / die Buß / letzte Oelung / die Prieſterweihe / vnd die Ehe / vnd daß durch dieſe Sacrament dem Menſchen gnad mitgetheilet werde. Aus welchen allen der Tauff / Firmung / vnd Prieſterweihe / ohne Gottsläſterung vnd Sünde nicht mögen wiederholet vnd zum andern mahl gebraucht werden.

Ich nehme auch an vnd laſſe zu / alle gewönliche vnd bewehrte Gebräuche / ſo in der Chriſtlichen Catholiſchen Kirchen bei der öffentlichen herlichen darreichung hochgemelter dieſer Sacramenten gebraucht werden.

Deßgleichen glaub ich auch / alles ſämptlich vnd ſon-

derlich / was von der Erbſünd vnd Rechtfertigung des Sünders / im heiligen allgemeinen Concilio zu Trient erklårt vnd beſchloſſen worden iſt. Ich bekenne auch vnd glaub / daß / in dem hochheiligen Ampt der Meß / Gott dem Herꝛn ein wahres eigentliches vnd verſöhnliches Opffer für die lebendigen vnd die todten auffgeopffert werde / Daß auch in dem allerheiligſten Sacrament des Altars wahrhafftig vnd weſentlich zugegen ſei der Leib vnd das Blut mit der Seel vnd Gottheit vnſers Herꝛn Ieſu Chriſti, vnd daß die gantze ſubſtantz des Brots in den Leib / vnd die ſubſtantz des Weins in das Blut verwandelt werde / welche wandlung die Chriſtliche Catholiſche Kirche transſubſtantion, daß iſt / eine verwandlung einer ſubſtantz in die andere / nennet.

Ich glaube auch vnd bekenne / daß vnter einerlei geſtalt der gantze vnzertheilte Chriſtus vollkommentlich / vnd das wahre Sacrament ſeines Fronleichnams / genoſſen vnd empfangen werde.

Ich glaube auch fåſtiglich / daß ein Fegfewr ſei / vnd daß die Chriſtglåubige Seelen daſelbſten / durch das Fürbitten der glåubigen lebendigen Menſchen / Troſt vnd Hülff empfangen.

Item / daß man auch die lieben Heiligen / ſo mit Chriſto regiren / ehren vnd anruffen ſolle / vnd daß ſie auch Gott für vns bitten / darzu auch / daß jhre Heiligthüme in ehren ſollen gehalten werden.

Ich halte es beſtåndiglich dafür / daß man die bildnüſſen Chriſti, der Mutter Gottes / vnd anderer lieben Heiligen / haben vnd auffhalten / auch denſelben gebührende ehr vnd reverentz erzeigen ſol.

Ich glaub auch für gewis / daß Chriſtus der Herꝛ den gewalt des Ablaſſes der Kirchen gegeben habe / auch daß

deſſelben Ablaſſes gebrauch der Chriſtenheit gar heilſam ſei.

Ich bekenne auch die heilige allgemeine vnd Apoſtoliſche Römiſche Kirch für ein Mutter vnd Meiſterin aller Kirchen. Ich verſpreche auch vnd gelobe mit den ſchwur/ wahren gehorſamb dem Römiſchen Biſchoff / als des heiligen Petri/ oberſten Apoſtels/ Nachkomling/ vnd des Herren Ieſu Chriſti Stathalter.

Dergleichen alle andere ſtück / ſo von den heiligen Canonen, vnd allgemeinen Concilien, fürnemlich aber von dem heiligen Trientiſchen Concilio auffgeſetzet / verordnet vnd beſchloſſen worden / dieſelbe bekenne vnd nehme ich vngezweiffentlich an.

Hergegen aber alle Irꝛthumen/Lehrſtück vnd Ketzerei/ ſo von gemeldter Catholiſcher Kirchen bißhero verdammet/verworffen vnd verflucht ſeind/ oder nachmahls verdammet/verflucht vnd verworffen ſollen werden/ die verdamme / verwerffe vnd verfluche ich ebenmäſſig.

Dieſen wahren Catholiſchen Glauben/auſſerhalb welchem niemand ſeelig kan werden/ den ich da in gegenwart freiwillig bekenne vnd warhafftig halte/ wil ich auch/ mit hülffe Gottes/bis an mein letztes end gantz vnwiderſprechentlich vnverwirꝛet vnd vnverletzt halten vnd bekennen.

Ich wil auch/ſo viel mir müglich/allen fleis anwenden/ daß dieſer recht vnd wahrhafftiger Glaub / von meinen Vnterthanen / vnd allen denen ſo mir vnter meiner ſorg befohlen / ſol gehalten / gelehret / vnd geprediget werden. Daß verheiſſe/ gelobe / vnd ſchwere ich N. So helff mir Gott vnd ſein heiliges Euangelium:

Ioan. 1. Im Anfang war das Wort / vnd das Wort war bei Gott / vnd Gott war das Wort / daſſelbig war im Anfang bei Gott/ ꝛc.

For-

# FORMVLÆ SCRIBENDI IN LIBRIS, habendis apud Parochos.

*Liber Baptizatorum habeatur in Eccleſiis, in quibus confertur Baptiſma.*

*Liber Confirmatorum habeatur in Eccleſiis, in quibus confertur Chriſma.*

*Liber Matrimoniorum.*
*Liber Status animarum.*
*Liber Defunctorum habeatur etiam in omnibus Eccleſiis, in quibus defuncti ſepeliuntur.*
} *Hi tres habeantur à quolibet Parocho.*

*Advertat inprimis Parochus, ut in libris, tam Baptizatorum & Confirmatorum, quam Matrimoniorum & Defunctorum, exprimat ſemper, non ſolum nomen perſonarum quæ ibi nominantur, ſed etiam familiam.*

## Forma deſcribendi Baptizatos in primo lib.

Anno Domini Die Menſis Ego N. Parochus hujus Eccleſiæ S. N. Civitatis, *vel* loci N. baptizavi infantem, die natum, *vel* natam, ex N. & N. conjugibus hujus loci *vel* Parochiæ S.N. & ex tali patria & familia; cui impoſitum eſt nomen N. Patrini fuerunt N. filius N. ex Parochia *ſeu* loco N. & N. conjux N. filia N. ex Parochia *ſeu* loco N.

*Si infans non fuerit ex legitimo matrimonio natus, nomen ſaltem alterius parentis, de quo conſtat, ſcribatur; (omnis tamen infamiæ vitetur occaſio;) ſi vero de neutro conſtat, ita ſcribatur:*

Baptizavi infantem, cujus parentes ignorantur, natum die &c. *ut ſupra.*

*Si expoſitus ſit infans, exprimatur, quo die, ubi, & à quo repertus, & quot dierum veriſimiliter ſit; & baptizetur ſub conditione, ſi ignoratur, fuiſſe baptizatum.*

*Si infans domi, ob imminens mortis periculum, baptizatus ſit, tunc ita ſcribatur:*

Anno die menſis natus eſt N. filius N. & N. conjugum, *&c. ut ſupra.* quem ob imminens mortis periculum in domo rite baptizavit N. obſtetrix probata, *vel* N. filius N. ut mihi retulit N.

*Si ſupervixerit infans, & ei adhibitæ ſint in Eccleſia ſacræ cærimoniæ, ita addatur:*

Die ejuſdem menſis ad Eccleſiam portatus eſt infans prædictus, ipſique ego Parochus ſacras cærimonias & preces adhibui, & N. nomen impoſui.

*Si forte non Parochus ſed alius baptizaverit, id exprimatur.*

*Si fuerit baptizatus ſub conditione* (Si non es baptizatus *&c.*) *id pariter exprimatur.*

## Forma deſcribendi Confirmatos in ſecundo libro.

Anno die menſis, *&c.* qui fuit dies *&c.* N. filius N. & N. Conjugum, N. *vel* filia N. (*&, ſi fuerit nupta, addatur,* Vxor N.) Sacramentum Confirmationis accepit à Reverendiſſimo Domino N. Epiſcopo N. in Eccleſia S. N. Civitatis *vel* loci N. Compater fuit N. filius N. Parochiæ S. N. Civitatis *vel* loci N.

*Marium deſcriptio in una pagina, ſeu prima facie folii, feminarum verò in altera, ſejunctim notetur.*

*Si de Confirmato non conſtet, an ex legitimo Matrimonio genitus ſit, vel parentes ignorentur; ſervetur, quod in libro Baptizatorum præſcriptum eſt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Forma ſcribendi conjugatos in tertio libro.

Anno die menſis denunciationibus præmiſſis, tribus continuis diebus Feſtivis, quarum prima, die ſecunda, die tertia, die inter Miſſæ Parochialis ſolemnia, habita eſt; nulloque legitimo impedimento detecto, ego N. Rector hujus Eccleſiæ Parochialis N. Civitatis *vel* loci N. filium N. Parochiæ S.N. & N. filiam N. ſeu relictam quondam N. (*ſi vidua fuerit*) hujus loci *ſeu* Parochiæ S.N. in Eccleſiæ N. interrogavi; eorumque mutuo conſenſu habito, ſolemniter, per verba de præſenti, Matrimonio conjunxi, præſentibus teſtibus notis, N. filio N. qui habitat in Parochia S.N. & N. filio N. *&c.* & N. filio N. *&c.* poſtea eis ex ritu ſanctæ Matris Eccleſiæ (*ſi tamen nuptias benedixerit*) in Miſſæ celebratione benedixi.

*Si unus ex iis, qui Matrimonium contrahere voluerint, alterius Parochiæ fuerit; antequam admittatur, Parochus, in cujus Eccleſia Matrimonium celebrari debet, denunciationum, in ejus Parochia rite factarum, fidem ſcriptam habeat; quæ aſſervetur; & res tota exprimatur in ipſomet libro Matrimoniorum, hac ratione:*

Denunciationes hujus Matrimonii factæ ſunt etiam à Reverendo Domino N. Parocho Eccleſiæ S.N. ſub cujus cura dictus N. *vel* dicta N. habitat; ut ex ipſius Parochi ſcripto, ſervato apud me, apparet. Denunciationum autem prima, facta eſt die ſecunda, die tertia, die inter Miſſæ Parochialis ſolemnia, nullumque impedimentum canonicum detectum eſt.

*Si autem alteruter ſit diverſæ diœceſis, teſtimonium Parochi, affirmantis, denunciationes eſſe rite præſtitas, nullius roboris cenſeatur, niſi ab Epiſcopo, vel ab ejus Vicario generali illius diœceſis, ſubſcriptione & ſigillo comprobatum, & ab Epiſcopo, ſeu ejus*

*Vicario, loci ubi contrahitur Matrimonium, recognitum ſit, ab eoque licentia contrahendi fuerit obtenta.*

*Vbi vero, Ordinarii conceſſu, (quod ſcripto conſtare debet,) denunciationes aliquæ differendæ aut omittendæ interdum ſint, ita notentur:*

Anno Domini die menſis Denunciationum unâ die ritè factâ, reliquis vero dilatis poſt Matrimonii celebrationem, ex facultate, ſcripto conceſſa à Reverendiſſ. N. *ſeu* à Vicario N. ſub die datis, *&c.* infraſcripti tenoris, quam penes me ſervo cum aliis hujuſmodi facultatibus, nulloque prorſus impedimento allato; Ego *&c. ut ſupra.*

*Denunciationes vero, quæ poſt contractum Matrimonium fient, ita ſcribantur:*

Anno die menſis qui fuit Feſtus *&c.* & ſequenti, qui fuit Dominicus, *&c.* ejuſdem menſis, Ego N. Rector hujus Eccleſiæ S. N. inter Miſſarum ſolemnia denunciationes habui matrimonii, jam prævia opportuna diſpenſatione initi inter N. & N. die hujus menſis; nullum tamen Canonicum impedimentum ab aliquo allatum eſt, quo minus hujuſmodi Matrimonium ratum ac firmum eſſe debeat.

*Si autem denunciationes omnes omittendæ ſint aut differendæ, ita ſcribantur:* Denunciationibus omnibus omiſſis *vel* dilatis, *&c.* ex facultate *&c.* Ego Rector, N. *&c. ut ſupra.*

*Cæterum, ſi alteri Presbytero ab Ordinario, vel à Parocho ipſo, facultas facta ſit conjungendi aliquos, id in libro proprii Parochi ſic adnotetur, ipſius Parochi manu:* N. Presbyter *vel* Capellanus Eccleſiæ N. de licentia Reverendiſſ. Epiſcopi N. *ſeu* N. ejus Vicarii, loci N. aut mea, quæ penes me extat, N. filium N. & N. *&c.* Matrimonio conjunxi *&c. ut ſupra.* Et ego N. Parochus N. ſubſcripſi; & teſtor, rem ita ſe habere.

Quod

*Quod ſi ex denunciationibus compertum ſit, conjuges aliquo conſanguinitatis aut affinitatis gradu conjunctos eſſe, & nihilominus ad contrahendum fuerit cum ipſis Apoſtolica autoritate diſpenſatum; adnotetur gradus conſanguinitatis vel affinitatis diſpenſatæ, & compendium decreti ſuper ea re lati cum die & anno ac Notarii de illo rogati nomine, hoc modo:*

Anno Domini die menſis præmiſſi denunciationibus, ac comperto impedimento ſecundi *vel* tertii *aut* quarti gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, ſeu alio quovis, *&c.* inter N. & N. *&c.* obtentoque per eos Apoſtolicæ Sedis mandato de diſpenſando, & cum eis per Reverendiſſimum Epiſcopum N. autoritate diſpenſato ſub die Anno ut conſtat ex actis Notarii Officii prædicti Epiſcopi, eos matrimonio conjunxi, *&c. ut in prædicta formula.*

*Denunciationes autem, factæ in diverſis Parochiis, Sponſi videlicet & Sponſæ, ab utroque Parocho in libro notari debent, etiam ſi Matrimonium non ſequatur.*

## Forma deſcribendi ſtatum animarum in quarto libro.

*Familia quæque diſtincte in libro notetur, intervallo relicto ab unaquaque ad alteram ſubſequentem: in quo ſigillatim ſcribantur, nomen, cognomen, ætas ſingulorum, qui ex familia ſunt, vel tanquam advenæ in ea vivunt.*

*Qui vero ad ſacram Communionem admiſſi ſunt, hoc ſignum* C. *in margine è contra habeant.*

*Qui Sacramento Confirmationis ſunt muniti, hoc ſignum habeant,* Chr.

*Qui ad alium locum habitandum acceſſerint, eorum nomina ſubductâ lineâ notentur.*

*Hac igitur ratione fiat:*

Anno die menſis in via *ſeu* platea, *ſeu* pago, in propriis ædibus Pauli N. *vel* in ædibus N. à Paulo conductis, habitant,

*Chr.* Paulus N. Petri filius, annorum *&c.*
*Chr.* Apollonia, ejus uxor, filia Iacobi N. annorum *&c.*
C. Dominicus, eorum filius, annorum *&c.*
Lucia, eorum filia, annorum *&c.*
C. *Chr.* Antonius, filius N. famulus, annorum *&c.*
C. Catharina N. filia N. ancilla, annorum *&c.*
✠ Martinus, filius N. annorum *&c.*

## Forma deſcribendi defunctos in quinto libro.

D*Eſcribatur, quis & quæ fuerit, & cui Sacramenta miniſtraverit, quando quis mortuus ſit, & ubi ſepultus. Quod hoc pacto fieri poterit:*

Anno die menſis N. filius vel filia N. ex loco N. ætatis N. (*ſi hæc ſciri poſſunt,*) in domo N. in communione S. Matris Eccleſiæ animam Deo reddidit; cujus corpus die N. ſepultum eſt in Eccleſia S. N. mihi N. *vel* N. Confeſſario probato, confeſſus die ſanctiſſimoque Viatico refectus, die & ſacri Olei unctione roboratus etiam per me, die

DEO ter optimo maximo, DEIPARÆ Virgini, S. Apoſtolo Petro, SS. Criſpino & Criſpiniano, Sanctiſque omnibus, laus, honor, & gloria.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rituale
Osnabr

Th
2258

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN